

## **Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera**

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;  
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

**Gregor <I., Papst>**

**Lutetia Parisiorum, 1675**

Sancti Gregorii Moralis Expositionis In Beatum Iob Liber Qvartvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

Iabuntur; quia nimurum vitia virtutum specie palliata, blanda quidem superficie inchoant, sed apera nos contrarietate perturbant. Bene autem dicitur: [ *Condixerant enim sibi, ut pariter venientes visitarent eum.* ] Vitia quippe sibi sub virtutum praetextu condicunt; quia sunt quedam vitia, quae adversum nos inter se quadam convenientia conjuguntur, sicut superbia & ira, remissio & timor. Vicina namque est ira superbiae, & remissio timori. Condicendo ergo veniunt, qua contra nos sibi ex quadam pravitatis cognitione sociantur. Sed si ærumnam nostræ captivitatis agnoscimus, si ex amore æternæ patriæ in intimis dolemus, vitia, quæ malè latè surrepunt, bene trifibis pravalere non possunt. Unde & bene subditur: [ *Cumque elevassent procul oculos suos, non agnoverant eum.* ] Afflictos enim nos vitia minimè cognoscunt: quia triste cor mox ut pulvaverint, reprobata resiliunt; & qua nos latos quasi noverant, quia penetrabant, mœrentes cognoscere nequeunt, quia ipso nostro rigore franguntur. Sed antiquus hostis, quod in eis fortiter deprehendi se conspici, eò illa sub virtutum imagine altius abscondit. Unde & subditur: [ *Et exclamantes ploraverunt, scilicetque vestibus sparserunt pulverem super caput suum in celum, & sedevant cum eis terra septem diebus & septem noctibus.* ] Signatur enim pietas per ploratum, discrecio per scissionem vestium, affectus operum per pulvrem capitum, humilitas per scissionem. Aliquamq[ue] enim pius quid hostis insidias simulat, ut ad crudelitatem terminum deducat; sicut est, cùm plecti per disciplinam culpam prohibet, quatenus quæ hic non reprimitur, igne gehennæ feriatur. Aliquando discretionis imaginem oculis obicit, ut ad indiscretionis laqueos perducat; sicut est, cùm impulsu ejus pro infirmitate nobis plus alimentorum quasi discrete concedimus, sed indiscretè contra nos bella carnis excitamus. Aliquando affectum simulat bonorum operum, sed per hunc inquietudinem irrogat laborum; sicut est, cùm

A quis quiescere non valet, & quasi de otio judicari timet. Aliquando imaginem humilitatis ostentat, ut affectum utilitatis subtrahat; sicut est, cùm quosdam, plusquam sunt, infirmos atque inutiles fibimetipsis asserit, ut dum se nimis indignos considerant, res, in quibus prodeesse proximis poterant, ministrare pertinecant. Sed hæc vitia que sub virtutum specie antiquis hostis occultat, valde subtiliter manus compunctionis examinat. Qui enim veraciter intus dolet, quæ agenda foris, quæve non agenda sint, fortiter prævidet. Si enim nos vis compunctionis in intimis afficit, omnis strepitus prava suggestionis obmutescit. Unde & sequitur: [ *Et nemo loquebatur ei verbum: videbam enim dolorem ejus esse vehementem.* ] Si enim cor veraciter dolet, lingua contra nos vitia non habent. Nam cùm plenè vita restringatur, supervacua suggestio pravitatis obtratur. Sæpe autem si forti nos studio contra vitiorum incentiva stringimus, ipsa etiam vita ad ultimam virtutis immutamus. Nonnullos namque ira possident: sed hanc, dum rationi subiiciunt, in sancti zeli ministerium vertunt. Nonnullos superbia erigit: sed dum divinae formidini animum inclinant, hanc ad defensionem justitiae in vocem liberæ auctoritatis immutant. Nonnullos fortitudi carnis illecebant: sed dum exercendis piis operibus corporis subdunt, unde iniquitatis stimulos passi sunt, inde pietatis lucra mercantur. Unde & bene idem beatus Job post multa certamina hostiam pro amicis immolat. Quos enim per contentiōnem diu hostes pertulerunt, quandoque per sacrificium cives reddit: quia dum vitiosas qualque cogitationes subigendo in virtutes vertimus, temptationum adversa studia per intentionis hostiam, quasi ad amica corda permutamus. Hec nos in tribus voluminibus tripliciter differuisse sufficiat. In ipso namque operis hujus exordio velut in mole nascituræ arboris lingua radicem fiximus: ut expositionis ramos postmodum, prout singula expertunt loca, producamus.

## SANCTI GREGORII MORALIS EXPOSITIONIS IN BEATVM IOB LIBER QVARTVS.

### CAPUT PRIMUM.

**Q**UI textum considerat, & sensum sacrae locutionis ignorat, non tam se eruditione instruit, quam ambiguitate confundit; quia nonnumquam sibi litteræ verba contradicunt: sed dum à semetipsis per contrarietatem \*diffident, lectorē ad intelligentiam veritatis mittunt. Quid enim est quod Salomon ait: *Melius est comedere & bibere: & non longè post subiicit: Melius est ire ad dominum iunctus, quam ad dominum convivij?* Cur lucretum convivio prætulit, qui prius eum potumque laudavit? Si enim per electionem bonum est comedere & bibere, proculdubio melius esse debet ad dominum gaudij, quam ad domum lamenti properare. Hinc est, quod iterum dicit: *Latare juvenis in adolescentia tua.* Et paulo post adjunxit: *Adolescentia & voluptas vanæ sunt.* Quid est hoc, quod vel prius reprehendenda præcipit, vel post, præcepta re-

\* al. dif-  
fidunt.  
ex la-  
men-  
tu-  
m in vo-  
cu-  
lario.  
+ al. dif-  
ferunt.  
Eccl. 7.  
12. 6.

A prehendit: nisi quod ipsi litteræ verbis innuit, ut qui difficultatem exterius patitur, veritatis intelligentiam consideret, quam sequatur: quæ nimurum veritatis intelligentia cùm per cordis humilitatem queritur, affiditatem legendi penetratur. Sicut enim ignororum hominum facies cernimus, & corda nescimus, sed si familiari eis locutione conjungimur, usū colloquij eorum etiam cogitationes indagamus: ita cùm in sacro eloquio sola historia aspicitur, nihil aliud, quam facies viderit; sed si huic affiduo usū conjungimur, ejus nimurum mentem quasi ex collocatione familiaritate penetramus. Dum enim alia ex aliis colligimus, facile in ejus verbis agnoscimus, aliud esse quod intimant, aliud quod sonant. Tantò autem quisque notitia illius extraneus redditur, quanto in sola ejus superficie ligatur. Sequitur:

*Quod hac verba secundum litteram accipienda non sunt.*

### CAPUT II.

**E**cce enim, quod beatus Job dicit maledixisse \* al. si \* si superfluitus historia attenditur, quid his verbis reprehensibilius invenitur? Quis autem ne- sciat, diem in quo natus est, nequaquam tunc stare potuisse? \* Motus quippe est temporis, ut statum non habeat mansionis. Quia enim per ventura tendit ad esse, semper ex prateritis festinat non esse. Cur ergo vir tantus malediceret rei, quam nequaquam subsistere non ignoraret? Sed fortasse aliquis dicat, quod ex eo pondus virtutis ejus apicitur: quia tribulatione commotus, illi rei maledictum irrogat, qua constat quod minimè subsistat. Sed hoc citius perspecta ratio defruit; quia si subsistebat res cui malediceret, perniciolum maledictum intulit: si autem non subsistebat, otiosum. **M**at. 12. quis verò ejus spiritu plenus est, qui ait: *Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, rationem reddent de eo in die iudicij: ita otiosa admittere, sicut etiam perniciosa formidat. Cui adhuc sententiae adjungit: [Dies ille vertetur in tenebras, non requiratur cum Deus desuper, & non sit in recordatione, & non illustretur lumine: obscurerunt cum tenebra & umbra mortis, occupet eum caligo, & involvatur anaritudine. Nōcēt illam tenebrosū turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus: sit nox illa solitaria, nec laude digna; expectet lucem, & non videat, nec orum surgentis aurora.] Dies qui clapsus cursu temporis scitur, cur verti in tenebras dicitur? Et cum constaret quia non subsisteret, cur optatur ut cum umbrā mortis obscureret? Vel quem diem caligo occiperet, quem implicatio amaritudinis non involvit? Aut quam noctem tenebrosus turbo possideat, quam nullus status teneret? Aut quomodo optatur fieri solitaria, quae transeundo jam fuerat nulla? Aut lucem quomodo expectet, quae & senz̄ caret. & in proprio statu non permanet? **Q**uibus adhuc verbis subjicit:*

*Quod quantum apud nos valet aqua baptisnatis, tantum apud veteres valuit vel pro parvulis fides, vel pro majoribus sacrificium, vel pro Hebreis circumcisio mysterium.* D

### CAPUT III.

**Q**uare non in vulva mortuus sum, egressus ex utero non statim perii? Quare exceptus genibus? cur laetatus uberioribus? **N**unc enim dormiens sulerem, & somno meo requiescerem. Numquid si egressus ex utero statim periret, retributionis meritum ex hac ipsa perdizione suscipere? Numquid aeterna requie abortivi perfrauntur? Quifquis de cons. diff. 4.c. enim regenerationis unda non solvit, reatus pri- s. **Q**uod mi vinculis ligatus tenetur. Quod verò apud nos valer aqua baptisnatis, hoc egit apud veteres vel pro parvulis fidelites, vel pro majoribus virtus sacrificij, vel pro hi qui ex Abraham stirpe prodierant, mysterium circumcisio. Nam quia unusquisque cum primi parentis culpa concipitur, Propheta testatur, dicens: *Ecce enim iniquitatibus concepsit sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Et quia is, quem salutis unda non diluit, originalis culpa supplicia non amittit, aperte per se metipsum Veritas perhibet, dicens: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non habebit vitam eternam.* Quid est ergo, quod in vulva se mortuum fuisse desiderat, & potuisse se quiescere ejusdem mortis beneficis sperat, dum constet,

A quod nequaquam cum requies vita susciperet, si à reatu illum originalis culpæ nequaquam divinae cognitionis sacramenta liberaissent? Qui adhuc cum quibus requiescere potuissest, adjungit dicens: [ *Cum regibus & consilibus terra, qui adfiscant sibi solitudines.*] **Q**uis ignoret, quod reges terræ ac consules cō à solitudine longè sunt, quod innumeris obsequentium cunctis constipantur? Vel quād difficile hi ad requiem tendunt, qui tam duris rationum multiplicitum nexibus astringuntur? Scriptura teste, quæ ait: *Judicium durissimum his qui sapientia presentat fieri.* Unde in Evangelio Veritas dicit: *Cui multum datum est, multum queretur ab eo.* Qui **L**uc. 12. adhuc quos in eadem requie socios habuissent, infiniti dicens: [ *Aut cum principibus, qui possident aurum, & replent domos suas argento.*] Rarum valde est, ut qui aurum possident, ad requiem tendant, dum per semetipsum Veritas dicat: *Difficile est, qui pecunias habent, intrabunt in regnum calorum.* Nam qui hīc multiplicandis divitiae inhiant, quæ alterius vita gaudia sperant? Quod tamen, ut Redemptor noster valde rarum, & ex solo divino miraculo evenire posse monstraret: *Apud homines, inquit, hoc impossibile est, apud Deum autem possibilia omnia sunt.* Quia igitur verba hæc in superficie à ratione discordant, ipsa jam littera indicat, quod in eis sanctus vir juxta literam nihil dicat. Sed si prius in sacro eloquio alia maledicta discimus, hoc quod beati Job ore prolatum est, subtilius indagamus. Quid est enim, quod David, qui retribuentibus sibi mala non reddidit, cùm Saul & Jonathas bello occumberent, Gelboë montibus maledixit, dicens: *Montes Gelboë, nec ros nec pluvia veniant super vos, neque sint agri primitiarum: quia ibi abietus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset unius oleo?* C Reg. 1.

*Quid sit quod Jeremias dixit: Maledictus vir, qui dixit patrimeo, Natu sestibi masculus.*

### CAPUT IV.

**V**id est quod Jeremias, cùm prædicationem suam cerneret audientium difficultate præpediti, maledixit dicens: *Maledictus vir, qui annuntiavit patrimeo.* dicens: *Natus est tibi puer masculus.* **I**er. 2. **Q**uid ergo montes Gelboë, Saul moriente deliquerunt, quatenus in eos nec ros, nec pluvia caderet, & ab omni eos viriditatis germine lententia ferme siccaret? Sed quia Gelboë interpretatur decursus, per Saul autem unctum & mortuum, mors nostri mediatoris exprimitur: non immerito per Gelboë montes, superba Iudeorum corda signantur, quæ dunt in hujus mundi desideriis desunt, in Christi, id est uncti, se morte misericordant. Et quia in eis unctus rex corporaliter moriuit, ipsis ab omnigratia rore siccantur. De quibus & bene dicitur: *Ut agri primitiarum esse non possint.* Superbae quippe Hebræorum mentes primitivos fructus non fertunt: quia in Redemptoris adventu ex parte maxima in perfidia remanentes, primordia fidei sequi noluerunt. Sancta namque Ecclesia in primitiis suis multitudine gentium fecundata, vix in mundi fine Iudaeos, quos invenerit, sufficiat: & extrema colligens, eos quasi reliquias frugum ponit. De quibus nimirum reliquis Isaías dicit: *Si fuerit nubes filiorum Israel sicut arena maris, reliquia salvia sec. LXX. fiant.* Possum tamen idcirco Gelboë montes ore Propheta maledici, ut dum fructus exarcentur terra non oritur, possessores terra sterilitatis damnificantur, \* quamvis ipsis maledictionis sententiam acciperent, qui apud se mortem regis suscipere iniuritate sua exigente meruissent. Sed quid est, quod à Propheta maledictionis sententiam vir illi suscepit, qui nativitatem illius patri nunciavit? Hoē nimirum tantò intrinsecus majori mysterio plenum

est, quantò intrinsecus humana ratione vacuum. A Nam si quid exterius rationabile fortasse sonuisse, nequaquam nos ad studium interioris intellectus accenderet. Eo ergo nobis pleniùs aliquid intus innuit, quòd foris rationabile nihil offendit. Si enim ex matris sue utero hoc in mundo Propheta afflendus prodit, nativitatis ejus nuncius quid deliquerit? Sed quid persona Propheta fluctuantis, nisi per pœna meritum veniens humani generis mutabilitas designatur? Et quid per patrem illius, nisi iste, de quo nascimur, mundus exprimitur? Et quis est ille vir, qui nativitatem nostram patri annuntiat, nisi antiquus hostis? Qui cùm nos in cogitationibus fluctuare considerat, malorum mentes, qui ex auctoritate hujus mundi præminent, ad persuasionem nostræ deceptionis instigat. Cumque nos agere infirma confexerit, ea quasi fortia favoribus extollit, & quod fit natus masculus loqui-

tur, cùm corruptores veritatis per mendacium nos extirsse gratulatur. Parci ergo masculum natum denunciat, quando huic mundo cum, quem persuaserit factum innocentiae corruptorem demonstrat. Nam cùm cuiuslibet peccanti atque superbienti dicitur: Fecisti sicut vir: quid aliud, quād natus masculus in mundo prohibetur? Jure itaque vir, qui masculum natum nunciat, maledicitur: quia ipso ejus nuncio reprobum gaudium nostri corruptoris indicatur. His ergo Scriptura sacrae maledictionibus discimus, quid apud beatum Job in voce maledictionis inquiramus, ne quem Deus post vulnera & verbera remunerat, lector verba ejus redarguere non intelligens presumat. Quia igitur utcumque hæc, que in prefatione fuerant exquirenda, distinximus, verba jam historia discentes exequamur.

CAP.  
III.

**P**ost hac aperuit Job os suum, & maledixit diei suo, & locutus est: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eum Deus desuper, & non illuminet lumine. Obscurent eum tenebra & umbra mortis: occupet eum caligo, & involvatur amaritudine. noctem illam tenebrosus turbo possebat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna: maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leviathan. Obte-nebrentur stella caligine eius: expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis aurore: quia non conclusit ossia ventris qui portavit me, nec abstulit mala ab oculis meis. Quare non in vulva mortuus sum, egressus ex utero non statim perii? Quare exceptus genibus? cur lactans uberibus? Nunc enim dormiens silrem, & somno meo requiescerem cum regibus & consulibus terra, qui adificant sibi solitudines: aut cum principibus, qui possident aurum, & replet domos suas argento: aut sicut abortivum absconditum non subficerem, vel qui concepsi non viderunt lucem. Ibi impiti cessaverunt à tumultu, & ibi requieverunt fessi robore. Et quondam vincti pariter sine molestia, non audierunt vocem exactoris. Parvus & magnus ibi sunt, & servus liber à domino suo. Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine anime sunt? Qui expectant mortem, & non venit: quasi effodientes thesaurum: gaudentque vehementer cum invenerunt sepulcrum: Viro, cuius abscondita est via, & circumdedicit eum Deus tenebris. Antequam comedam, suspicio, & quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus: quia timor quem timebam, evenit mihi, & quod verebar, accidit. Nonne disimulari? nonne simi? nonne quievi? Et evenit super me indignatio.

Job iiii. verbis non maledixisse sentiendum.

CAPUT V.

**P**ost hac aperuit Job os suum, & maledixit diei suo, dicens: Pereat dies in qua natus sum. ] Non est neglegētē discendum, quòd dicitur, Aperiuit os suum. Scriptura enim sacra ex his qua teñuerit præmittit, reverenter expectanda indicat, quæ subjungit. Sicut enim clausa vascula quid intus habeant ignoramus, aperto verò ore vasculorum quid intrinsecus continetur agnoscimus; ita sanctorum cora, quæ clausa ore occulta sunt, aperto ore deteguntur: & cùm cogitationes detegunt, os aperire referuntur, ut intenta mente quasi apertis vasculis quid intus contineant, festinemus cognoscere, ac noſmetipſos eorum intimo odore recreare. Unde & sublimia præcepta Domino in monte dicturom præmittitur: Aperiens os suum dixit: quamvis illuc & hoc accipi debeat, quia tunc os suum in præceptis aperuit, in quibus dudum aperuerat ora Prophetarum. Valde autem solerter intuendum est quod dicitur: [ Post hac, ] ut nimis rei virtus qua agitur, veraciter ex tempore sentiatur. Prius enim vasitas rerum, extincio pignorum, dolor vulnerum, persuasio conjugis, adventus amicorum describitur, qui scidisse vestes, exclamantesque fleuisse, pulvere capita conspersisse, & diu confidentes in terra tacuisse memorantur, ac deinde subjugantur: [ Post hac aperuit Job os suum, &

maledixit diei suo: ] ut ipso videlicet narrationis ordine perpendatur, quia nequaquam maledictum per impatientiam protulit, qui ad maledictionis vocem amicis adhuc taentibus erupit. Si enim ira motus malediceret, auditio damno substantiae, cognita morte filiorum, cum proculdubio ad maledictionem dolor excitaret. Sed tunc quid dixerit audiivimus. Ait namque: Dominus dedit, Dominus absulit. Rursum: Si ira motus malediceret, saltē percussus in corpore, vel male sussus à coniuge, maledictum inferre potuisset. Sed quid tunc respondit agnoscimus. Ait namque: Locuta es [ Job. 1. 4 ] quasi una ex filiis mulieribus. Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non suscineamus? Post hæc verò describitur, quia amici veniunt, flent, consident, taent: moxque subjungunt hoc, quòd dici suo maledixisse prohibetur. Nimis itaque incongruum est ut supicemur, cum nullo infingante, nullo pulsante, ex impatientia ad vocem maledictionis erumpere; quem nimis novimus inter damna rerum mortemque filiorum, inter vulnera corporis, inter verba male suadentis uxoris, magna creatori preconia humili mente reddidisse. Patet ergo qua mente hæc quierus dixerit, qui tot Dei laudes etiam percussus enarravit. Neque enim postmodum non percussus superbire potuit, quem & in percussione dolor humilem ostendit. Sed cùm certò novimus, quòd maledictum sacra Scriptura prohibet; cur rectè aliquando fieri dicimus, quod veteri codem sacro eloquio non ignoramus?

Quibus

*Quibus modis Scriptura proferat maledictum.*

CAPUT VI.

**S**CIENDUM verò est, quod Scriptura sacra duabus modis maledictum memorat, aliud videlicet quod approbat, aliud quod damnat. Alter enim maledictum profertur iudicio justitiae, altere labore vindictae. Maledictum quippe justitiae iudicio, ipsi primo homini peccanti prolatum est, cùm Gen. 3. e audivit: *Maledicta terra in opere tuo. Maledictum iudicio justitiae profertur, cùm ad Abraham dicitur: Malediccam maledicentibus tibi.* Rursum quia maledictum non iudicio justitiae, sed labore vindictae promitur, vox Pauli Apostoli prædicantem admonebat, qui ait: *Benedicite, & nolite maledicere:* Et rursum: *Neque maledici regnum Dei possidibunt.* Deus ergo maledicere dicitur, & tamen maledicere homo prohibetur; quia quod homo agit malitia vindictae, Deus non facit nisi exinde & virtute justitiae. Cùm ergo sancti viri maledictionis sententiæ proferunt, non ad hanc ex votu ultionis, sed ex <sup>a</sup> justitia examinis crumpunt. Intus enim subtile Dei iudicium aspiciunt, & mala foris exurgentia, quia maledictio debeant ferire, cognoscunt: & eò in maledicto non peccant, quò ab interno iudicio non discordant. Hinc est quod Petrus in offertenem sibi pecunias Simonem, sententiam maledictionis intorfit, dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Qui enim non ait, Est; sed sit: non indicativo, sed optativo modo se hæc dixisse signavit. Hinc Elias duobus quinquageneriis Reg. 1. ad se venientibus dixit: *Si homo Dei sum, descendam in ignis de celo, & consumat vos.* Quorum vtrumque sententia quanta <sup>b</sup> severitate ratione convaluit, terminus causa monstravit. Nam & Simon æterna perditione interiit, & duos quinquagenarios defuper veniens flamma consumpsit. Virtus ergo subsequens testificatur, qua mente maledictionis sententia promitur. Cum enim & maledicentes innocentia permanet, & tamen eum, qui maledicuntur, usque ad interitum maledictio absorbet, ex utriusque partis fine colligitur, quia ab uno & intimo iudice in reum sententia sumpta jugulatur. Igitur si subtiliter beati Job verba penamus, non est ejus maledictio ex malitia delinquentis, sed ex restitutio*n*e judicis: non est ira commoti, sed doctrina tranquilli. Qui enim tam recta maledicens intulit, non perturbationis vitio succubuit, sed doctrina magisterium impedit. Vedit quippe amicos cum clamore fere, vedit vestes scindere, vedit pulvere capita confusgere, vedit consideratione sua percussione obmutescere; & vir sanctus inspexit, quia hi, qui prospera temporalia requirebant, ex comparatione mentis propria eum temporali fractum adversitate erediderant. Perspexit quod transitoria afflictione percussum desperante non flerent, nisi ipsi desperata mentem ab spe incolumentis interna subtraherent: & dum erumpit foras in vocem doloris, vulneratis intus ostendit virtutem medicaminis, dicens:

*Quod mortalitatem huius transitoria vita; in qua natus sum, sanctus quisque perire desiderat.*

CAPUT VII.

**P**EREAT dies, in qua natus sum.] Quid enim debet per diem nativitatis, nisi omne hoc tempus nostræ mortalitatis intelligi: quod quamdiu nos in hac nostræ mutabilitatis corruptione retinet, æternitatis nobis incommutabilitas non appetet. Qui igitur diem jam æternitatis videt, ægrè diem suæ mortalitatis sustinet. Et notandum, quia non ait: Pereat dies, in qua conditus sum: sed pereat dies, in qua natus sum. In die quippe justitiae homo est S. Greg. Tom. I.

A conditus, sed jam in tempore culpæ natus. Adam enim conditus, sed Cain primus est natus. Quid est ergo diei nativitatis maledicare; nisi aperte dicere: Dies mutabilitatis pereat, & lumen æternitatis erumpat? Sed quia perire diobus modis dicere solemus: aliter enim perire dicimus, quando aliquid optamus ut non sit; & aliter perire dicimus, quando optamus ut male sit. Per hoc, quod de hoc die subditur: [Obscurat eum caligo, & involvatur amarum line:] liquidò ostenditur, quia dies iste non ita ut non sit, sed ita perire optatur, ut male sit. Involvi enim amaritudine non potest, quod omnino perditum penitus non est. Hoc autem tempus nostræ mutabilitatis non quandoque ita periturum, id est, transiturum est, ut male sit, sed ut penitus non sit, Angelo in sacro eloquio attestante, qui ait: *Per viventem in secula, quia tempus jam non erit. Apoc. 10* Nam eti Propheta dicit: *Erit tempus eorum in aeternum;* quia per momenta tempus deficit, nomine temporis eorum defectum vocavit, ostendens quod sine fine omnimodo defectu deficiunt hi, qui à visionis intimæ consolatione separantur. Quia ergo nostræ mortalitatis hoc tempus non ita ut male sit, sed ita perit ut non sit; quærendum est, quid sit quod non ita ut non sit, sed ita perire optatur, ut male sit. Humanæ anima, seu angelicus spiritus ita immortalis est, ut mori possit: ita mortalis, ut mori non possit. Nam beatè vivere, sive per vitium, sive per supplicium perdit. Essentialiter autem vivere, neque per vitium, neque per supplicium amittit. A qualitate enim vivendi deficit, sed omnino subsistendi interitum nec moriens sentit. Ut ergo breviter dixerim, & immortaliter mortalis est, & mortaliter immortalis.

*Quod antiquus hostis, dies interpretatur, qui promittens, Eritis dij. quasi transfigurans se in angelum lucis, humano generi peccatum tentando persuaserat.*

CAPUT VIII.

**D**UM igitur dies ut pereat optatur, & paulò post involvendus amaritudine dicitur; quem credamus, quod vir sanctus dei nomine exprimere voluit, nisi apostamat spiritum, qui in vivendi esentia etiam mortiendo subsistit? Quem perditio vite non subtrahit, quia in æterno dolore positum, servando mors immortalis extinguit. Qui jam à beatitudinis gloria dejectus, adhuc optatur ut pereat, ut videlicet retrusus dignis suppliciis, etiam tentandi licentiam amittat.

*Quod per diem dilectio peccati, per noctem vero cætas mentis possit intelligi.*

CAPUT IX.

**I**S nimur diem se exhibet, quia per prospera incipit, sed in noctis tenebras semper definit, quia ad adversa perdicit. Diem namque se ostendebat, cum diceret: *In quacunque die comederitis ex eo, Gen. 3. a apierentur oculi vestri, & eritis sicut dij.* Sed noctem intulit, cùm ad mortalitatis tenebras perduxit. Dies itaque est illata promissio meliorum, sed nox est exhibita ipsa experientia calamitatum. Antiquus hostis dies est per naturam bene conditus: sed nox est, per meritum ad tenebras delapsus. Dies est, cùm pollicendo bona, humanis aspectibus lucis se angelum simulat, Paulo attestante qui ait: *Ipsæ enim satanas transfigurat se in angelum lucis;* sed nox est, cùm mentes confidentium erroris tenebris obscurat. Vir ergo sanctus in dolore proprio causam totius humani generis defens, & nihil speciale omnimodo in speciali vulnera cogitans, reducat ad animum originem culpe, & consideratione justitiae, dolorem temperat pœna. Videat humanum genus unde & quod cecidit, & dicat: [Pereat dies in qua na-

G

*tus sum & nox in qua dictum est, Conceptus eis homo.]* Ac si aperte dicat: *Pereat spes ab apostata angelo illata, qui diem se simulans ex promissione divinitatis emicuit; sed noctem se exhibens, lucem nobis nostrâ immortalitatis obscuravit.* Pereat antiquus hostis, qui lucem promissionis ostendit, sed peccati tenebras contulit. Qui quasi diem se blandiendo innotuit, sed usque ad tenebrosam noctem ex impressa cordis cæcitate perduxit. Sequitur: [ *Dies ille vertatur in tenebras.*] Quasi lucet dies ista mentibus hominum, cum pravitas ejus persuasio prospera creditur, & qualis sit intrinsecus non videtur. Sed cum iniurias illius, sicut est, agnoscitur, dies falsæ promissioni quasi quibusdam ante judicis nostri oculos tenebris obscuratur, quia videlicet qualis est ex merito, talis perspicitur in blandimento. In tenebras ergo dies vertitur, quando adversa intelligimus, etiam quæ prospéra fraudendo pollicetur. In tenebras dies vertitur, quando antiquus hostis qualis est seviens, talis à nobis perspicitur etiam sub blandimentis latens; ne fictis prosperitatibus quasi ex die lumine illudat, & veris miseria ad peccati tenebras pertrahat. Sequitur: [ *Non requirat eum Deus desuper, & non illustrat lumine.*] Omnipotens Deus sicut ex nihilo bona facere potuit, ita cum voluit, per incarnationis sua mysterium etiam perdita bona reparavit. Duas verò ad intelligentiam se creaturas fecerat, angelicam videlicet, & humanam: utramque verò superbia perculit, atque ab statu ingenite rectitudinis fregit. Sed una tegmen carnis habuit, alia verò nihil infirmum de carne gestavit. Angelus namque solummodo spiritus, homo verò & spiritus est & caro. Misertus ergo creator ut redimeret, illam ad se debuit reducere, quam in perpetratione culpa ex infirmitate aliquid constat habuisse; & eo amplius debuit apostamat angelum repellere, quod cum à persistendi fortitudine corruit, nihil infirmum ex carne gestavit. Unde recte P̄salista, cum misertum Redemptorem hominibus diceret, ipsam quoque causam misericordiae exp̄res̄it, dicens:

*Quod ideo miseritus est homini, quia cum caro esset ex infirmitate peccavit.*

#### CAPUT X.

*T. 77. d* **E**T memoratus est, quia caro sunt. Ac si diceret: *Quo corum infirma vidit, eò districte culpas punire noluit.* Est adhuc aliud, quo & perditus homo reparari debuit, & superbiens spiritus reparari non possit: quia nimur angelus suâ malitiâ cecidit, hominem verò aliena prostravit. Quia ergo humanum genus ad lucem pœnitentia Redemptoris adventu reducitur, apostata verò angelus ad restauracionis lucem nulla spe venia, nulla \* conversationis recommendatione revocatur; dicitur rectè: [ *Non requirat cum Deus desuper, & non illustrat lumine.*] Ac si aperte diceretur: *Oquia tenebras intulit, toleret sine fine quod fecit; nec unquam lumen pristini status recipiat,* quia hoc etiam non suauis amisit. Sequitur: [ *Obscurerent eum tenebra & umbra mortis.*] Per umbram mortis, obliuio debet intelligi: quia sicut mors interimit vitam, ita obliuio extinguit memoriam. Quia ergo apostata angelus aeterna oblivioni traditur, umbra mortis obscuratur. Dicatur igitur: *Obscurerent eum tenebra & umbra mortis:* id est, sic eum erroris sui cæcitas obruit, ut nequaquam ulterius ad lucem pœnitentia per divini respectus memoriam resurgat. Sequitur: [ *Occupet eum caligo, & involvatur amaritudine.*] Antiquus hostis nequitia sua vinculis astrinxit, aliud est quod nunc patitur, aliud quod in fine patietur. Quia enim à lucis intimæ ordine cecidit, nunc semper ipsum intrinsecus erroris caligine confundit. Sed post hoc

A amaritudine involvitur; quia ex merito spontaneæ caliginis, æterno gehennæ tormento cruciatur. Dicatur ergo: *Is qui serenitatem lucis intimæ perdidit, quid est quod ante extremum supplicium tolerat?* [ *Occupet eum caligo.*] Subjugatur etiam, quia illum pœna subsequens etiam fine termino devastat: [ *Involvatur amaritudine.*] Omne quippe quod involutum est, finem suum quasi nusquam indicat; quia sicut non ostendit quod incipit, ita non detegit quo desilit. Involvi ergo amaritudine antiquus hostis dicitur, quia superbia ejus supplicia non solum omnimoda, sed etiam infinita preparantur. Que videlicet ejus pœna tunc initium accipit, cum districtus ad extremum judicium judex venit. Unde bene subditur:

**B** *Quid per annum, diem, mensemque intelligatur, & quid item sit annum Domini placabilis predicatorum?*

#### CAPUT XI.

**N** Octem illam tenebrosus turbo possideat.] *Scrip-* *tuum quippe est: Deus manifestè veniet, Deus nosfer, & non silebit. Ignis in conspectu ejus ardebit,* *& in circuitu ejus tempestas valida.* Tenebrosus ergo turbo hanc noctem possidet, quia apostamat spiritum à conspectu districti judicis ad æternam supplicia, pavenda illa tempestas rapit. Turbine ergo nos ista possidetur, quia superba ejus cæcitas districta animadversione percutitur. Sequitur: [ *Non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.*] Annum prædicationem supernæ gratia non inconvenienter accipimus: quia sicut in anno congestis diebus tempus perficitur, ita in superna gratia virtutum multiplex vita completur. Potest per annum etiam multitudine intelligi redemptorum: quia sicut ex dierum multitudine annus ducitur, ita ex collectione bonorum omnium, illa electorum innumerabilis universitas expletur. Hunc namque annum perfectæ multitudinis Isaías prædicat, dicens: *Spiritus Domini super me, eò quod unxit me: ad annuncianendum mansueti misit me, ut mederetur contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis aperiōnem, ut prædicarem annūm placabilem Domini.* Annus enim placabilis Domini prædicatur, cum futura plebs fidelium veritatis lumine illustranda prædicitur. Quid verò per dies, nisi singulae quæque electorum mentes: quid per mentes, nisi multiplicatae eorum Ecclesiæ, quæ unam catholicam faciunt, designatur? Illa ergo nox non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus; quia antiquus hostis superbia sua tenebris preflus, adventum quidem Redemptoris conspicit, sed nequaquam ad veniam cum electis reddit. Hinc enim scriptum est: *Nusquam enim Hebr. 2.6. Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.*

*Quod Christus non Angelus, sed homo factus est: hoc enim fieri debuit, quod redemit.*

#### CAPUT XII.

**I**DCIRCO namque Redemptor noster non Angelus, sed homo factus est, quia hoc procul dubio fieri debuit, quod redemit; ut & perditum angelum non apprehendendo desereret, & hominem in se-metipso apprehendendo repararet. Possunt etiam dies hi, qui in interna luce permanent, Angelici spiritus: mentes autem, eorum ordines & dignitates intelligi. Singuli enim quicunque spiritus, quia luculent, dies sunt. Sed quia certis quibusdam dignitatibus distinguuntur, ut alij Throni, alij Dominationes, alij Principatus, alij Potestates sint; pro hac ipsa distributione agminum, mentes vocantur. Sed quia antiquus hostis nequaquam ad meritum lucis, nequaquam ad ordinem supernorum agmi-

num reducitur; nec in diebus anni, nec in mensibus numeratur. Sic quippe illum perpetrate exercitas superbiae gravat, ut ultra ad illa claritatis intimax superna gigna non redeat. Nequaquam jam stantibus lucis dignitatibus admisetur, quia tenebrarum suarum merito semper ad ima deprimitur. Qui quia ab illa patria caelestis frequenter exors in perpetuum permanet, recte adhuc subjungitur: [Sic nox illa solitaria, ne laude digna] Nox illa solitaria efficitur, quia\* distinctione perpetua à frequentia patriae supernae separatur. Quod tamen intelligi & aliter potest, ut videhet hominem, quem sibi socium ad perditionem fecerat, amittat; & solus cum suo corpore hostis pereat, dum multos quos destruxerat, Redemptoris gratia reformat. Solitaria ergo nox efficitur, cum sublati eis qui electi sunt, solus hostis antiquus aeternis gehennae ignibus mancipatur. Benè autem dicitur: [Ne laude digna] Cùm enim humanum genus erroris tenebris pressum, deos lapides crederet, per hoc quod idolis serviebat, quid aliud quam seductoris sui facta laudabat? Vnde per Apostolum Paulum bene dicitur: Scimus, quia nihil est idolum; sed quae immortali Gentes, demonis immolant. Qui ergo idolorum venerationi substrati sunt, quid aliud quam noctis tenebras laudaverunt? Sed ecce jam cernimus, quia nox illa non esse laude digna cognoscitur, cum jam à redempto humano genere idolorum veneratio reprobatur: & nox solitaria relinquitur, quia cum damnato apostata spiritu ad tormenta non iter. Sequitur: [Maledicant ei qui maledicunt dici, qui parati sunt suscitare Leviathan.] In translatione veteri ita non dicitur; sed, Maledicat eam, qui maledixit diem, qui capturus est grandem certum. Quibus verbis aperte ostenditur, quod à sancto viro in fine mundi ventura antichristi perditio previdetur. Malignus namque spiritus, qui per meritum nox est, diem se in mundi fine simulat, cùm se quasi Deum hominibus ostentat, cùm claritatem sibi divinitatis fallaciter tribuit, & se supra omne quod Deus vel dicitur, vel colitur, extollit. Noctem igitur maledicit, qui maledicit diem: quia ille nunc ejus malitiam destruit, qui illustratione adventus sui tunc etiam potentiam ejus fortitudinis extinguet. Vnde & bene subjungitur: [Qui capturus est grandem certum.] Hujus enim certitudino inquis capitur: quia antiqui hostis versutia baptismi sacramento superatur. Sed quod in translatione veteri de auctore omnium dicitur, hoc in translatione hac, quæ ad nos ex Hebreo est Arabicoque sermone derivata, de electis ejus Angelis memoratur. De his namque dicitur:

Quod sancti Angeli diabolo quia divinitatem homini promiserit, exprobrent, quorum potestati subfrustratus, & ad probandum electos excitatur, & religatur ne extinguiat infirmos.

#### CAPUT XIII.

**M**aledicant ei, qui maledicunt dici. ] Diem se quippe iste superbens spiritus ostentare etiam angelicis potestatis voluit, cum se super ceteros quasi in potentia divinitatis extollens, tot post se ad interitum legiones traxit. Sed hi nimurum, qui in auctore suo humili corde persistenterunt, cùm errori ejus noctem inesse conficerent, diem claritatis illius de semetipsis humilia sentiendo calcaverunt: qui nunc nobis dolis ejus tenebras indicant, & quām sit illius despicienda fīcta claritas, demonstrant. Dicatur ergo de tenebrosa nocte, quæ humanæ infirmitatis oculos claudit: [Maledicant ei, qui maledicunt dies,] id est, illi electi spiritus erroris ejus tenebras damnandas denunciant, qui magnitudinem claritatis illius jam ab exordio fīctam vident. Bene autem subditur: [Qui parati sunt suscitare Le-

S. Greg. Tom. I.

**A**viathan.] Leviathan quippe interpretatus dicitur additamentum eorum. Quorum scilicet, nisi hominum? Recte autem additamentum eorum dicitur, quia postquam primam culpam mala suggestione intulit, hanc quotidie augere gravioribus persuasionibus non desistit. Vel certe per exprobationem Leviathan vocatus est, id est, additamentum hominum dictus. Eos namque in paradiſo immortales reperiſ; sed divinitatem immortalibus promittiſ, quasi eis aliud ultrā quām erant, se addere sponponit. Sed dum blandi non habita ſe daturum perhibuit, callidi & habita subtraxit. Unde & cundem Leviathan ita Propheta describit dicens: Super Leviathan serpentem ve- <sup>Isai. 27: 12.</sup> lētem, super Leviathan serpentem tortuosum. Leviathan quippe ite in eo quod se addere homini sponponit, tortuosus ad eum finibus irrepit; quia dum falsō impossibilia promisit, verē & possibilia ſuſtulit. Quārēndum verō nobis est, cur qui serpentem dixerat, tortuosum illico subjugens, interpoſit vec̄tem: niſi fortē quod in serpentis tortitudine fluxa mollities, in vec̄te autem est duritas rigiditas. Ut ergo hunc & durum signaret, & mollem; & vec̄tem nominat, & serpentem. Durus quippe est per malitiam, mollis per blandimenta. Vec̄s ergo dicitur, qui uſque ad necem percutit: serpens autem, quia ſe per infidias molliter infundit. Sed hunc Leviathan electi Angelorum spiritus nunc in puto abyssi clauſum premunt. Unde scriptum est: Vidi Angelum deſcendentem de celo, <sup>Apoc. 20: 1.</sup> habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu sua: & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligavit eum per annos milie, & misit eum in abyſſum. Quem tamen in mundi fine ad aptiora certamina revocant, & totum contra nos in suis viribus relaxant. Unde & illi rufum scriptum est: Cūm ibid. complexis fuerint mille anni, solvetur satanas. Ille enim apostata angelus, qui ita conditus fuerat, ut angelorum ceteris legionibus emineret, ita superbiendo succubuit, ut nunc stantium Angelorum directioni subfrustratus fit; quatenus vel nunc ad utilitatem nostram eis ministrantibus religatus lateat, vel tunc ad probationem nostram eis relaxantibus, totis ſe suis contra nos viribus ſolutus exerceat. Quia igitur hi electi spiritus superbum apostamat comprehendunt, qui humiles hunc ſequi noluerunt, ipſisque administrantibus diſponitur, ut ad intentionem aperti certaminis deſtruendus funditus quandoque revocetur, dicatur recte: [Qui peratisunt ſuscitare Leviathan.] Quia tamen hostis callidus ad aperta bella neccum ſuscitatus est, quomodo quorundam mentes nox iſa nunc latenter obſcurat, infinuat. Sequitur:

Quod hypocrita, qui quaſi ſtella in nocte ſidentur, erroris ſuſ caligine ſe obſcurantur, ut etiam foris in actione confundantur.

#### CAPUT XIV.

**O**btenebrentur ſtelle caligine ejus. ] In Scriptura ſacra ſtellarum nomine aliquando ſanctorum iuſtitia, quæ in hujus vita tenebris lucet, aliquando verō hypocritarum fictio demontratur, qui bona quā faciunt, ad percipiendas laudes hominibus ostendunt. Si enim recte viventes, ſtelle non effent, nequaquam Paulus de discipulis diceret: In medio nationis prava, & perversa, inter quos phil. 2: lucent ſicut luminaria in mundo. Rursum ſi inter eos, qui recta agere videntur, quidam de actione ſuſ retributionem favoris humani non quererent, nequaquam ſtellas Joannes ruere à caeleſtibus videbat, dicens: Miſi draco caudam, & iraxit ter- <sup>Apoc. 2: 13.</sup> tiam partem ſtellarum. Draconis enim cauda ſtellarum pars trahitur: quia extrema perſuasione

Gij

antichristi, quidam qui videntur lucere, rapientur. Stellas namque in terram trahere, cito eos qui videntur studio vita cœlestis inhærcere, ex amore terreno iniuste aperti erroris involvere. Sunt namque nonnulli, qui ante humanos oculos velut magnis operibus lucent: sed quia hæc ipsa opera à mundo corde non prodeunt, capti in occultis cogitationibus, noctis hujus tenebris obscurantur: qui sèpe ea quæ mundo corde non faciunt, etiam opera amittunt. Quia ergo nox prævaleat permititur, quando & inter bona opera cordis intentio minimè mundatur, dicatur rectè: [Obseruantur stellæ caligine ejus;] id est, eos qui ante humanos oculos quasi bonis operibus splendent, malitia antiqui hostis obscurare prævaleat: & hoc, quod ante humana judicia sumperant, lumen laudis deponant. Caligine quippe noctis obscurantur, cùm eorum vita aperito errore confunditur: ut nimirum tales etiam foris in actione appareant, quales apud semetipsos intus divino apparere judicio non formidant. Sequitur: [Expectet lucem, & non videat, nec orum surgentis aurora.] In Evangelio Veritas dicit: *Ego sum lux mundi.* Sicut autem idem Redemptor nostra una persona est cum congregatione bonorum: ipse namque caput est corporis, & nos hujus capitinis corpus: ita antiquis hostis una persona est cum cuncta collectione reproborum, quia ipse eis ad iniustitatem quasi caput præminet, illi autem dum ad \*persuasa deferuntur, velut subjunctionem capiti corpus inherant. Quod ergo de hac nocte, id est, antiqui hostis dicuntur, dignum est ut ad corpus ejus, id est, ad iniustos quoque derivetur. Quia igitur Redemptor humanigenitus lux est, quid est quòd de hac nocte dicitur: *Expectet lucem & non videat:* nisi quòd sunt nonnulli, qui fidem, quam operibus destruunt, tenere se sermonibus ostendunt? De quibus per Paulum dicitur: *Qui confidunt se nosse Deum, factis autem negant.* Hi nimirum, aut prævara sunt, quæ faciunt, aut recta opera non recto corde feceruntur. Non enim de suis operibus retributions perpetuas, sed transitorios favores querunt: & tamen quia quasi sanctos laudari se audiunt, esse se veraciter sanctos arbitrantur: & quād se ex multorum estimatione irreprehensibilis putant, tantò diem districti judicij securius expectant. De quibus bene per Prophetam dicitur: *Væ desiderantibus diem Domini.* Quibus beatus Job debitam sententiam profert, prædicentis studio, non optantis voto dicens: [Expectet lucem, & non videat.] Nox quippe illa, videlicet tenebrosus hostis, in membris suis lucem expectat, & non videbit: quia vel hi, qui fidem sine operibus retinent, cùm pro eadem fide in extremo iudicio salvati se posse confidunt, spes eorum frustrabitur, quia hanc malè vivendo demoliti sunt, quam confitendo tenerunt: vel hi, qui pro humana laude in bona actione se exhibent, incassum à veniente iudice retributionem bonorum operum sperant, quia dum hæc in ostentationem faciunt laudis, jam præmium ab humano ore receperunt, Veritate attestante, quæ ait: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Ubi & bene subiungitur: [Nec ortum surgentis aurora.] Aurora quippe Ecclesia dicitur, quæ à peccatorum suorum tenebris ad lucem justitiae permutatur. Unde & hanc sponsus in Cantorum cantico miratur, dicens: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora coniungens?* Quia aurora quippe electorum surgit Ecclesia, quæ pravitatis pristinæ tenebras deserit, & sese in novi luminis fulgore convertit. In illa igitur luce, quæ in districti judicis advento monstratur, corpus damnati hostis ortum surgentis aurora non videt: quia cùm districtus iudex ad retributionem venerit, iniquus quisque suorum caligine meritorum pressus,

A quanta claritate sancta Ecclesia in intimum lumen cordis surgat, ignorat. Tunc namque electorum mens in altum rapitur, ut divinitatis radii illustretur; & quòd ejus respectu perfunditur, cito ultra se gratia coruscante sublevatur. Tunc sancta Ecclesia plenè aurora fit, cùm mortalitatis arque ignorantia sue tenebras funditus amittit. In iudicio ergo adhuc aurora est, sed in regno dies: quia etiже jam cum restauratione corporum videre lumen in iudicio inchoat, ejus tamen visum plenius in regno consummat. Ortus itaque aurora, est exordium clarefcientis Ecclesie, quem videre nequeunt reprobi, quia à conspectu districti iudicis malorum suorum pondere pressi ad tenebras pertrahuntur. Unde rectè per Prophetam dicitur: *Tollatur impius Isa. 26. ne videat gloriam Dei.* Hinc est, quòd de hac aurora per Psalmistam dicitur: *Ab condit in P. al. 10 abditu vultus tui, a conurbatio hominum.* Electus enim quisque in iudicio per internum visum in vultu divinitatis abconditur, dum reproborum foris cœctas districta animadversione justitiae repulsa turbatur. Quod etiam non inconvenienter ad præsens accipimus, si simulatorum corda subtilius indagamus. Arrogantes namque & hypocritæ bonorum facta exterius aficiunt, eosque in factis suis laudari ab hominibus agnoscent, eorumque celebre nomen mirantur, & quòd probene gestis laudes suscipiant vident, sed quanto studio easdem laudes fugiant, non vident. Aperita eorum opera considerant, sed quòd sola spe intentionis hæc operentur, ignorant. Qui enim vera luce justitia \*clari sunt, priùs a tenebris interne in \*al. claritudine immutantur; ut obscuritatem intus terrena appetitionis plenè deferant, & corda sua ad superne lucis desideria perfectè convertant, ne cùm aliis apparent lucidi, sibi metipis sint obscuri. Arrogantes ergo quia bonorum facta considerant, & corda non penitunt, imitantur unde laudari foris valeant, non unde intus ad justitiae lumen surgant: & quasi ortum surgentis aurora videre nequeunt, quia intentionem religiose mentis considerare contemnunt. Potest etiam sanctus vir gratia prophetici spiritus plenus, Judæa perfidiam Redemptore veniente confidere, ejusque cæcitatibz damna per verba hæc quasi ex optantis qualitate prophetare, ut dicat: [Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis aurora.] Judæa quippe lucem expectavit, & non vidit; quia humanigenitus Redemptorem venturum quidem prophetando sustinuit, sed venientem minimè cognovit: & quos ad spem aperuit mentis oculos, ad praesentiam lucis clausit. Quæ & surgentis aurora ortum non vidit, quia infirma illa sanctæ Ecclesiæ primordia venerari contempnit: dumque hanc labefactari suorum mortibus credidit, ad quæ fortia pervenerit, ignoravit. Sed quia de infidelibus loquens, iniqui capitis membra innotuit, ad ipsum rursum iniquorum caput verba convertit, dicens: [Quia non conclusi ostia ventris, qui portavim me, nec absulit mala ab oculis meis.] Quod unicuique hominum venter est matrix, hoc univerlo humano generi extitit habitatio illa summa paradisi. Ex ipso namque \*proles humani generis velut ex ventre producit, & quasi ad incrementa corporis, sic ad augmentationa propaginis foras emanavit. Ibi conceptio nostra coaluit, ubi origo hominum homo primus habitavit. Sed hujus ventris ostia serpens aperuit, quia persuasione callida in corde hominis mandatum cœleste dissolvit. Hujus ventris ostia serpens aperuit, quia munera superna monitis claustra mentis irrupti. Sanctus igitur vir in pena quam tolerat, ad culpam mentis oculos reducat. Doleat hoc, quòd tenebrosa nox, id est, antiqui hostis obscura suggestio humanis mentibus intrulit: doleat hoc, quòd suggestioni callida humana mens

*Isa. 26.  
sec. 70.*

16;

\*al. hu-  
manum  
genus  
velut.

Matt. 6. *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Ubi & bene subiungitur: [Nec ortum surgentis aurora.] Aurora quippe Ecclesia dicitur, quæ à peccatorum suorum tenebris ad lucem justitiae permutatur. Unde & hanc sponsus in Cantorum cantico miratur, dicens: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora coniungens?* Quia aurora quippe electorum surgit Ecclesia, quæ pravitatis pristinæ tenebras deserit, & sese in novi luminis fulgore convertit. In illa igitur luce, quæ in districti judicis advento monstratur, corpus damnati hostis ortum surgentis aurora non videt: quia cùm districtus iudex ad retributionem venerit, iniquus quisque suorum caligine meritorum pressus,

Cant. 6. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora coniungens?*

Quia aurora quippe electorum surgit Ecclesia, quæ pravitatis pristinæ tenebras deserit, & sese in novi luminis fulgore convertit. In illa igitur luce, quæ in districti judicis advento monstratur, corpus damnati hostis ortum surgentis aurora non videt: quia cùm districtus iudex ad retributionem venerit, iniquus quisque suorum caligine meritorum pressus,

in sua deceptione consensit, & dicat: [ *Quia non conclusisti ovis ventris, qui portavist me, nec absulisti ab oculis meis.* ] Nec moveat quod non conclusisti queritur, quem aperuisse paradisi januam detestatur. Non conclusit enim dicit, aperuit: & mala non abstulit, irrogavit. Quasi enim auferret, si quisceret: & quasi clauderer, si ab irruptione cessaret. Penfat namque de quo loquitur, & perpendit quod pravo spiritu quasi lucra nobis dedisse fuerat, si diam non intulisset. Sic nos de latronibus loquimur, quia captivis suis donant vitam, si non abstulerint. Libet huc ab inchoatione repetere, atque ex eo quod in usu praesentis vita recognoscimus, moraliter retractare. Beatus Job considerans, postquam à mentis statu succubuit genus humanum, quanta in rebus prosperis fiducia subleverunt, vel quanta ex adversis perturbatione franguntur, ad illum, quem habere in paradiso potuit incommutabilitatis statum, mente recurrerit, & mortalitatis lapsum per prospera & adversa variantem, quam despicabilem cerneret, maledicendo declaravit dicens:

*Quid sit, quod Iob diem in qua natus est, perire optat, & noctem in qua est conceptus: & cur homo in die dicatur nasci, in nocte vero conceptus.*

## CAPUT XV.

**P**ereat dies in qua natus sum, & nox in qua dilatum est. Conceptus est homo. ] Quasi dies quædam est, cum mundi hujus prosperitas arideret. Sed dies iste in noctem definit, quia sæpe temporalis prosperitas ad tribulationis tenebras perducit. Hunc prosperitatibus diem Prophetæ despexerat, cum dicebat: *Diem hominis non concipi, tu scis.* Hanc tribulationis noctem postremo incarnationis sue tempore pauperum scilicet Dominus nunciabat, cum per Psalmistam quasi ex præterito diceret: *Visque ad noctem iniquiperunt me renes mei.* Potest autem per diem, peccati delectatio, per noctem verò caritas mentis intelligi, per quam se homo patitur in culpa perpetratione prostreri. Optat igitur pereire diem, ut omne quod blandiri culpa cernitur, vigore justitiae interveniente destruantur. Optat etiam pereire noctem, ut quod cæcata mens etiam per confessum perpetrata, animadversione penitentia extinguat. Sed quærendum nobis est, cur in die homo natus dicatur, in nocte conceptus? Scriptura sacra tribus modis hominem appellat, scilicet aliquando per naturam, aliquando per culpam, aliquando per infirmitatem. Homo quippe per naturam dicitur, sicut scriptum est: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Psal. 81. Homo per culpam, sicut scriptum est: *Ego dixi, Dic eis, & filii excelsi omnes; vos autem sicut homines moriemini.* Ac si aperte dicat: Sicut delinquentes obibitis. Unde & Apostolus Paulus ait: *Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Ac si aperte dicat: Qui discordes mentes ducitis, nonne adhuc ex reprehensibili humanitate peccatis? Homo per infirmitatem dicitur, sicut scriptum est: *Maledictus homo, qui spem suam ponit in homine.* Ac si aperte dicaret, in infirmitate. Homo ergo in die nascitur, sed in nocte conceptus; quia nequaquam ad delectationem peccati rapitur, nisi prius per voluntarias mentis tenebras infirmetur. Ante enim excessus in mente fit, & postmodum se reprobæ delectationi substernit. Dicatur ergo: [ *Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo.* ] id est, pereat delectatio, que in culpani hominem rapuit, pereat incauta mentis infirmitas, que cum usque ad tenebras pravi confessus excavavit. Homo enim dum blandimenta delectationis

A caute non perspicit, etiam in noctem nequissimam perpetrationis ruit. Solerter ergo vigilandum est, ut cum blandiri culpa inchoat, ad quantum internum mens trahatur, agnoscat. Unde & aptè subditur: [ *Dies illa vertitur in tenebras.* ] Dies quippe in tenebras vertitur, cum culpa in ipso delectationis exordio, ad quem perditionis finem rapiat, videatur. In tenebras ergo diem vertimus, cum nos metipos distractè punientes, ipsa delectationis prævale blandimenta per distracta penitentia lamenta cruciamus, & cum flendo insequimur, quidquid in corde taciti ex delectatione peccamus. Quia enim fidelis quicunque cogitationes in judicio exquiri subtiliter non ignorat, Paulo attestante, qui ait: *Inter Rom. 2. se invicem cogitationum accusantum, aut etiam defendantium: semetipsum introrsus discutiens, ante judicium vehementer examinat, ut distractus judex eò jam tranquilius veniat, quod reatum suum, quem discutere appetit, jam pro culpa punitum cernit.* Unde & rectè subdungitur:

*Quod à nobis non requirat Deus quo per penitentiam confiat esse dimissa.*

## CAPUT XVI.

**N**on requirat eum Deus despicer. ] Requirit Deus quo judicando discutit, non requirit quo ignoscendo in suo jam judicio impunita derelinquit. Hic itaque dies, id est, hæc peccati delectatio à Domino non requiritur, si animadversione spontanea punitur, Paulo attestante, qui ait: *Si noſ metipos dijudicaremus, non utique à Domino 1. Cor. 11. judicaremur.* Deum ergo diem nostrum requirere, id est contra mentem nostram subtiliter in judicio, omne quod de culpa gratulamur admissum, indagare. In qua scilicet requisitione, illum tunc severius percudit, quem sibi nunc mollius pepercisse deprehendit. Bene autem sequitur: [ *Et non illubret lumine.* ] In judicio namque Dominus apparet, omne quod tunc redarguit, lumine illustrat. Quasi enim sub quadam obscuritate tegitur, quidquid tunc in memoriam judicis non revocatur. Scriptum quippe est: *Omnia autem quæ arguantur, à lumine Ephes. 6. manifestantur.* Quasi quedam tenebrae peccata penitentium abscondunt, de quibus per Prophetam dicitur: *Beati quorum remissi sunt iniquitates, & psal. 31. quorum testa sunt peccata.* Quia ergo omne quod a tegitur, velut in tenebris occultatur; in die extremi judicij non illustratur lumine, quod non discutitur ultione. Actus namque nostros, quos tunc justè punire noluerit, ipsa sibi aliquo modo sciens divina misericordia abscondit. In lumine verò ostenditur, quidquid tunc in conspectu omnium demonstratur. Hie ergo dies vertatur in tenebras, ut videlicet omne quod delinquimus, nos per penitentiam feriamus. Hunc diem Dominus non requirat, & lumine non illubret; ut scilicet nobis culpant nostram ferientibus, ipse hanc extremi iudicij animadversione non increpet. Ipse autem iudex venturus est, qui cuncta penetrat, cuncta perstringat. Qui quia ubique est, locus quo fugiatur, non est. Sed quia correctionis nostra fieribus placatur, solus ab illo locum fuga inventus, qui post perpetrata culpam nunc se in penitentia abscondit. Unde & aptè adhuc de hoc delectationis die subdungitur:

*Quod carnalis delectationis diem tenebre fletuum, & penitentia lamenta, & recordatio mortis obscurent.*

## CAPUT XVII.

**O**bscurent eum tenebrae & umbra mortis. ] Diem profectò tenebrae obscurant, quando delectationem mentis inflcta penitentia lamenta tran-

Sverberant. Possunt etiam per tenebras occulta iudicia designari. In luce namque quod videmus agnoscimus: in tenebris vero aut omnino nihil certum, aut incerto visu caligamus. Occulta ergo iudicia quasi quedam ante nostros oculos tenebra sunt, quia perscrutari nequaquam possunt. Unde *Ps. 17. b* & de Deo scriptum est: *Pofuit tenebras latibulum suum* Et quia absolvit non meremur, agnoscimus? sed praveniente nos divina gratia per eum iudicia occulta liberamur. Diem igitur tenebra obscurant, cum flendum nostrum delectationis gaudium, ab illo justa animadversionis radio inscrutabilia ejus iudicia misericorditer occultant. Unde & apte sub jungitur: [ *Et umbra mortis.* ] In Scriptura enim sacra umbra mortis aliquando oblivio mentis accipitur, aliquando imitatio diaboli, aliquando mors carnis. Umbra enim mortis, oblivio mentis accipitur: quia, ut superius diximus, sicut mors hoc quod interficit, agit ut non sit in vita; ita & oblio hoc quod intercipit, agit ut non sit in memoria. Unde & recte, quia Joannes Hebraorum populo eum, cuius oblitio fuerant, Deum predicare veniebat, per Zachariam dicitur: *Iluminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent.* In umbra enim mortis sedere, est a divini amoris notitia in obliuione \* latefcere. Umbra mortis imitatio antiqui hostis accipitur. Ipse enim quia mortem intulit, mors vocatur, Joanne attestante, qui ait: *Et non men illi mors.* Per umbram igitur mortis, ejus imitatio designatur: quia sicut umbra juxta qualitatem corporis ducitur, ita actiones iniquorum de specie imitationis ejus exprimuntur. Unde recte Ilaias cum Gentiles populos ab antiqui hosti cerneret imitatione defecisse, eosque ad veri solis ortum resurgere, quæ certò futura considerat, quasi ex præteritis narrat, dicens: *Sedentibus in tenebris & umbram mortis lux orta est eiis.* Umbra etiam mortis mors carnis accipitur: quia sicut vera mors est, qua anima separatur a Deo, ita umbra mortis est, qua caro separatur ab anima. Unde recte voce Martyrum *Isai. 9. a* per Prophetam dicitur: *Humiliasti nos in loco afflictionis, & operuit nos umbra mortis.* Quos enim constat non spiritu, sed sola carne mori, nequam se vera morte, sed umbra mortis dicunt operari. Quid est ergo, quod beatus Job, ad obscurandum diem pravae delectationis postulat umbram mortis; nisi quod ad delenda peccata ante Dei ocu los Dei & hominum mediatoorem requirit, qui solam pro nobis mortem carnis susciperet, & veram mortem delinquentium per umbram sue mortis deleret? Ad nos quippe venit, qui in morte spiritus carnisque tenebamur: unam ad nos suam mortem detulit, & duas nostras, quas reperit, solvit. Si enim ipse utramque susciperet, nos a nulla liberaret. Sed unam misericorditer accepit, & justè utramque damnavit. Simplam suam dupla nostræ contulit, & duplam nostram moriens subegit. Unde & non immerito uno die in sepulcro & duabus noctibus jacuit, quia videlicet lucem sue simپلæ mortis, tenebris dupla nostræ mortis adjunxit. Quia ergo solam pro nobis mortem carnis suscepit, umbram mortis pertulit, & à Dei oculis culpam quam fecimus, abscondit. Dicatur igitur recte: [ *Obscurum eum tenebra & umbra mortis.* ] Ac si aperte diceretur: ille veniat, qui ut à morte carnis & spiritus debitores eripiatur, mortem carnis non debens solvatur. Sed quia nullum peccatum Dominus inultum relaxat: aut enim nos hoc fiendo insequimur, aut ipse judicando reservat; restat ut ad emendationem suam semper mens solerter invigilet. In quo ergo sibi quisque misericorditer subveniri desiderat, hoc necesse est, ut confitens tergit. Unde & apte sub jungitur: [ *Ocupa eum caligo.* ] Quia enim in caligine oculus confunditur, ipsa per penitentiam mentis nostra confusio, caligo nominatur.

20.

*Luc. 1. b**\* laſſeſ-  
cer-  
vič.**Apoc. 6.**Isai. 9. a**1. ſu. 43.*

21.

*Pſal. 47. 22.*

*E* Nam sicut caligo nebula congerie obscurat diem; ita confusio perturbatis cogitationibus obnubilat mentem. De qua per quemdam dicitur: *Eſt confuſio adducens gloriam.* Cū enim ad mentem male gesta pœnitendo reducimus, gravi mox mero confundimur, perstrepit in animo turba cogitationum, meroz conterit, anxietas devaſtat, in ærumnam mens vertitur, & quasi quadam nubilo caliginis obscuratur. Hæc namque caligo confusioſis corum mentem falubriter opprefferat; quibus Apostolus dicebat: *Quem enim fructum habuifis Rom. 6.* tunc in ilis, in quibus nunc erubefiſis?

Hunc ergo a peccati diem caligo occupat, id est, blandimentum nequitia afflictio pœnitentia digno mero perturber. Unde & apte sub jungitur: [ *Involvatur amaritudine.* ] Dies enim amaritudine involvitur, cū ad cognitionem mente redeunt, peccati blandimenta cruciatus pœnitentia sequuntur. Diem amaritudine involvimus, cū prava delectationis gaudium qua supplicia sequuntur aspicimus, & asperis hoc flentibus circumdamus. Qui enim hoc quod involvitur, ex latere omnis pars operitur, involvi dies amaritudine optatur, quatenus quæ malaincorrectis imminent, ex omni parte quisque conspiciat, & voluntatis sua laſſivam trifitiae lamentis tergit. Sed si diem, quam peccati delectationem diximus, tot impeti precibus audivimus, ut videlicet circumdantes fletus expient quidquid delectatus per negligientiam animus deliquerit; quanta animadversione pœnitentia hujus diei nox ferienda est, videlicet ipse jam consensu ad culpam? Sicut enim minoris culpa est cū carnaliter mens in delectationem raptur, sed tamen delectationi sua per spiritum reluctatur: ita gravioris & plena nequitia est, ad peccati illecebram non solum delectatione pertrahit, sed etiam consensu famulari. Tantò igitur arctiori manu pœnitentia, mens à pollutione tergenda est, quantò se per consensum conspicit sordidius inquinatam. Unde & apte sub jungitur: [ *Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat.* ] Quia enim quidam turbo tempestatis, est concitus spiritus meroz. Nam dum peccatum quicquid quod fecit, intelligit; dum pravitas sua nequitiam subtiliter penſat, meroz mentem obnubilat, & quasi concusſo ferentia letitiae aere, omnem in se tranquillitatem cordis pœnitentia turbine devastat. Nisi enim recognoscemente se animum iste turbo contereret, nequaquam Propheta dixisset: *In ſpi- Pſal. ritu vehementi conteres naues Tharsis.* Tharsis quippe exploratio gaudij dicitur. Sed cū vehemens pœnitentia spiritus mentem occupat, omnem in ea explorationem reprehensibilis gaudij perturbat, ut nihil ei jam nisi flere libeat, nihil nisi quod se terrere posſit attendat. Ponit namque ante oculos illinc diſtriictionem justitiae, hinc meritum culpa: conspicit quo supplicio digna fit, si parentis pie-tas desit, quæ per lamenta praesentia ab aeterna crux pena confuevit. Spiritus ergo vehemens Tharsis naues conterit, cū vis compunctionis valida, mentes nostras huic mundo, quasi mari deditas, ſalubri terrore confundit. Dicat ergo: [ *Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat:* ] id est, perpetrationem culpa, non blandimenta ſecura quietis fovent, ſed piē ſævientis amaritudi pœnitentia irrumpat. Scindum verò est, quia cū peccata impunita relinquitur, à nocte poſſidemur: cū verò hæc animadversione pœnitentia plectimus, nimur nos noctem quam fecimus, poſſidemus. Sed tunc peccatum cordis ſub juris nostri poſſessionem reducitur, ſi cū incipit, reprimatur. Unde & divina voce Caina prava cogitanti dicitur: *In foribus peccatum tuum aderit, ſed ſub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius.* In foribus quippe peccatum aderit, cū in cogitationibus pulsat. Cuius appetitus ſubter eft, cīque homo

dominatur, si cordis nequitas inspecta, citius pre-  
matur, & priusquam ad duritiam crescat, reluctan-  
ti menti subigatur. Ut ergo delictum suum citius  
animus sentiat, & culpæ tyrannidem sub jure suo  
penitendo restringat, dicatur rectè: [ *Nōtēm il-  
lam tenebrofus turbo possideat* ] Ac si aperte dicere-  
tur: Ne captiva mens culpæ serviar, culpm à pen-  
itentia liberam non relinquit. Et quia quod flen-  
do inequum, nequaquam nobis à venturo judi-  
ce hoc objici certè speramus, bene subditur:

*Quid à venturo judge nequaquam nobis ultra  
objiciatur, quod hic in nobis fendo  
insecui sumus.*

## CAPUT XVIII.

**N**on computetur in diebus anni, nec numeretur  
*in mensibus.*] Illuminationis nostræ annus  
tunc perficitur, quando apparente æterno judge  
sanctæ Ecclesiæ, peregrinationis sua vita comple-  
tur. Tunc laboris sui remunerationem recipit, cùm  
exploso hoc bellum tempore, ad patriam reddit. Unde  
bene per Prophetam dicitur: *Benedic corona anni  
benignitatis tue.* Quasi enim corona anni benedi-  
citur, cùm finito laboris tempore, virtutum remu-  
neratio confertur. Dies vero hujus anni sunt singula-  
rē quæque virtutes, menses autem multiplicia facta  
virtutum. Sed ecce cùm per fiduciam mens erigit-  
ur, ut speret, quod veniente judge de virtutibus  
remuneretur, occurrit ejus memoria etiam mala  
qua gessit, & valde formidat, ne disstrictus iudex  
qui venit ut virtutes remuneret, etiam ea qua illi-  
citat gesta sunt examinans, subtiliter penset, ne cùm  
annum compleat, etiam noctem numeret. Dicat  
itaque de hac nocte: [ *Non computetur in diebus  
anni, nec numeretur in mensibus.* ] Ac si disstrictum  
judicem exoret, dicens: Cum exploso sanctæ Ec-  
clesiæ tempore, extremo te examini manifestas, sic  
dona qua contulisti, remunera, ut mala qua com-  
misimus, non requiras. Si enim nox illa in diebus  
anni computatur, omne quod egimus, ex pravita-  
tis nostræ estimatione confunditur. Et dies virtutum  
jam non lucent, si hos in conspectu tuo annu-  
merata nostræ noctis tenebrosa confusio obscureret.

**D** 23. Sed si de nocte nostra moveri tunc inquisitionem  
nolumus, magnopere nunc curandum est, ut nos  
in ejus discussione vigilemus: ne quælibet in nobis  
culpa impunita remaneat, ne mens perverfa qua  
fecit, defendere audeat, & defendendo nequitia  
nequitiam adjungat. Unde & bene subditur:

*Quid non relinquat peccatum solum, sed congeriat,  
qui quod male agit, defendit: & quid à radice  
Adam ramus iste erroris hucusque in  
genera humano pullulat.*

## CAPUT XIX.

**S**It nox illa solitaria, nec laude digna.] Sunt non-  
nulli, qui non solum nequaquam deflent quod  
faciunt, sed etiam laudare & defendere non des-  
sinunt. Et nimis dum defenditur, culpa gemi-  
natur. Contra quod rectè per quendam dicitur:  
*Peccasti, non ad iicias iterum.* Peccatum quippe  
peccato adjicit, qui male gesta etiam defendit: &  
noctem solitariam non relinquit, qui culpa sua te-  
nebris etiam patrocinia defensionis adjungit. Hinc  
est, quod primus homo de erroris sui nocte requi-  
sus, eamdem noctem esse solitariam noluit: quia  
dum requisitione ad penitentiam \* vocaretur, ei  
adminicula excusationis adjunxit, dicens: *Mulier,*  
*quam dedisti mihi sociam, dediti mihi de ligno, &*  
*comedi:* scilicet excessus sui vitium in auctorem la-  
tentem intorquens, ac si diceret: Tu occasionem  
delinquendi præbui, qui mulierem dedisti. Hinc  
est, quod hujus erroris ramus in humano genere

**A** ex illa nunc usque radice protrahitur, ut quod male  
agit, adhuc etiam defendatur. Dicatur ergo:  
[ *Sit nox illa solitaria, nec laude digna.* ] Ac si  
aperte exoret, dicens: Culpa, quam fecimus,  
sola remaneat, ne dum laudatur & defenditur, in  
conspectu nos nostri judicis multiplicius astringet.  
Peccare quidem non debuimus; sed utinam alia  
non jungentes, vel ea qua fecimus, sola defera-  
mus. Sed inter haec sciendum est, quia ille culpm  
suam veraciter insequitur, qui jam ad amorem præ-  
sentis seculi nullo appetitu prosperitatis instigatur;  
qui hujus mundi blandimenta quam sine fraudu-  
lenta considerat, favoreisque ejus quasi quafdam per-  
secutiones pensat. Unde & bene subditur:

*Quid sit quod dicitur: Maledicant ei, qui maledi-  
cunt diei; & quid illi transactas culpas vere  
puniunt, qui seductoris insidias in ipsa  
suggestione deprehendunt.*

## CAPUT XX.

**M**aledicant ei, qui maledicunt diei.] Ac si  
aperte dicat: Illi hujus noctis tenebras verè  
penitendo feriant, qui jam lucem prosperitatis se-  
culi despiciunt calcant. Si enim diem, latitudinem  
delectationis accipimus, rectè de hac nocte dici-  
tur: *Maledicant ei, qui maledicunt diei:* quia ni-  
mirum illi veraciter mala transacte per animadver-  
sionem penitentia corrigit, qui jam ad bona fal-  
lentia nulla delectatione rapiuntur. Nam quo ad  
huc noxia alia delectant, falsum est quod cernitur,  
quia perpetrata alia deplorant. Si autem, ut supra  
dictum est, noctem, suggestionem calidam anti-  
qui hostis accipimus, illi maledicere nocti intelligi-  
endi sunt, qui die maledicunt: quia scilicet illi  
transactas culpas verè puniunt, qui maligni sedu-  
ctoris insidias in ipsa suggestione blanda deprehen-  
dunt. Bene autem subditur:

*Quid diabolum contra se suscitant, qui ea qua  
mundi sunt, mente conseruant, & ea  
qua Dei sunt, plena intentione  
desiderant.*

## CAPUT XXI.

**Q**ui parati sunt suscitare Leviathan.] Omnes  
enim, qui ea qua mundi sunt, mente calcant,  
& ea qua Dei sunt, plena intentione desiderant,  
Leviathan contra se suscitant, quia ejus malitia inflammat. Nam  
qui ejus voluntati subjecti sunt, quasi quieto ab  
illo jure possidentur, & superbus eorum rex quasi  
quadam securitate perfruit, dum eorum cordi-  
bus inconsciusque spiritus ad conditoris sui desiderium  
recalescit, dum torpore negligenter deferit, &  
figus infenibilitatis pristina igne sancti amoris ac-  
cedit; cum libertatis ingenite meminit, & teneri  
ab hoste fervus erubescit: quia idem hostis se conser-  
vare despici, quia vias Dei videt apprehendi, do-  
let contra se captum reniti, & mox zelo accendi-  
tur, mox ad certamen moverat, mox ad tentatio-  
nes innumeras contra sebellantem mentem se exci-  
tat, atque in omni arte lacerationis instigat, ut  
tentationum jacula intorquendo confodiat cor,  
quod dum quieto jure possebat. Quasi dor-  
miebat quippe, dum sopitus in pravo corde quies-  
ceret: sed excitatur in provocatione certaminis,  
cum jus amiserit perverfa dominationis. Huic ergo  
nocti maledicant, qui parati sunt suscitare Levi-  
athan: id est, hi se contra peccatum fortiter in judi-  
cio disstrictus erigant, qui in suis temptationibus  
excitare antiquum adverfarium non formidant.  
Scriptum namque est: *Fili, accedens ad servitu-  
tem Dei, sia in iustitia & timore, & prepara ani-*

*mam tuam ad tentationem.* Quisquis enim accingi A in divino servitio properat, quid aliud, quam se contra antiqui adversarij certamen parat, ut liber in certamine iactus suscipiat, qui quietus sub tyranno in captivitate serviebat? Sed in eo ipso, quod mens contra hostem accingitur, quod alia vita subigit, alii reluctatur, aliquando de culpa aliquid, quod tamen non valde noceat, remanere permittitur. Et saepe mens, qua adverfa multa & fortia superat, unum in se, & fortasse minimum, quamvis magna intentione invigilat, non expugnat. Quod divina nimirum dispensatione agitur, ne ex omni parte virtutibus splendens, in elatione sublebet: ut dum id se parvum quid reprehensibile videt, & tamen hoc subigere non valet, nequaquam sibi, sed auctori victoriam tribuat in his quae subigere fortiter valet. Unde & bene sub- jungitur:

*Quod sancti nolentes alias peccati reliquias tra-  
hant, & quod ad erudiendum Israelem  
tributarius in medio Ephraim relin-  
quatur Chananeus.*

## CAPUT XXII.

**O**btenebrentur stellæ caligine ejus.] Stellæ quippe hujs noctis caligine obtenebrantur, quando & hi qui magnis jam virtutibus splendent, adhuc de obscuritate culpa aliquid renientes sufflent, ut etiam magna vita claritate luceant, & tamen adhuc noctis reliquias nolentes trahant. Quod ad hoc, sicut dictum est, agitur, ut mens proficiens ad virtutem iustitiae sua melius infirmitate roboretur; & inde verius in bonus luceat, unde eam etiam nolentem, parva reprehensibilia humiliter obscurant. Unde & bene cum Israëlitico populo percepta repromotionis terra partiretur, Ephraim tribui Chananeus gentilis populus non occisus, sed factus tributarius dicitur, sicut scriptum est: *Habitavit Chananeus in medio Ephraim tributarius.* Quid enim Chananeus, gentilis videbatur populus, nisi vitium significat? Et saepe magnis virtutibus terram repromotionis ingredimur, quia spe intima de aeternitate roboramur. Sed dum inter acta sublimia, vita quedam parva retinemus, quasi Chananeum vivere in terra nostra concedimus. Qui tamen nobis tributarius efficitur, quia hoc ipsum vitium, quod subigere non possumus, ad usum nostræ utilitatis humiliiter retrorqueamus; ut eò de se mens & in summis vilia sentiat, quod suis viribus etiam parva quaæ appetit, non expugnat. Unde & bene rursus scriptum est: *Ha-  
sunt gentes, quas Dominus dereliquerit, ut erudit-  
erit in eis Israelem.* Ad hoc namque quedam minima vitia nostra retainentur, ut se nostra intentio sollicitam in certamine semper exerceat; & eò de victoria non superbiat, quò vivere in se hostis conspicit, à quibus adhuc vincit formidat. Israel ergo reservatis gentibus eruditur, quando in quibusdam minimis vitiiis elatio virtutis nostra comprimitur, & in parvis sibi resistentibus disicit, quod ex se majora non subigit. Hoc tamen quod dicitur: [Obtenebrentur stellæ caligine ejus:] intelligi & alter potest. Nox quippe illa, confensus videlicet ad culpam, quæ ad nos primi parentis est excessu propagata, mentis nostra oculum tanta obscuritate perculit, ut omnis homo in hujus vita exilio, cecitatis sua tenebris pressus, quantalibet vi ad aeternitatis lumen intenderit, penetrare non posset. Post paenam namque damnati peccatores nascimur, atque ad hanc vitam cum mortis nostra merito venimus; & cum ad supernæ lucis radium aciem mentis erigimus, ipsa infirmitatis nostra obscuritate caligamus. Et quidem multi in hac infirmitate carnis tanta virtute roborati sunt, ut resplendere mundo

quasi stellæ potuerint. Multi in tenebris vita praæfentis, dum superiora de se exempla exhibent, astrorum more nobis desuper lucent: sed quantalibet coruscatione operis fulgeant, quantalibet se igne compunctionis ascendant; nimirum constat, quia dum corruptibili adhuc carne gravata sunt, aeternum lumen sicuti est, videre nequaquam possunt. Dicat ergo: [Obtenebrentur stellæ caligine ejus:] idest, etiam illi in contemplatione sua, antiquæ noctis adhuc tenebras sentiant, de quibus nimirum constat, quod humano generi in hujus vita caligine, virtutum suarum jam radios expandant: quia etiæ mente jam ad summam exiliunt, adhuc tamen in infimis primæ culpæ pondere gravantur. Unde fit, ut & foris exempla lucis velut astra præbeant, sed tamen intus usque ad fixa visionis certitudinem pressi noctis caligine non ascendant. Sæpe autem ita mens accenditur, ut quamvis in carne sit posita, in Deum tamen omni subjugata carnali cogitatione rapatur: nec tamen Deum sicuti est conspicit, quia hanc nimirum, sicut dictum est, in carne corruptibili pondus primæ damnationis premit. Sæpe etiam ita ut est, se absorberi desiderat, ut aeternam vitam, si possit fieri, sine interventu corporeæ mortis attingat. Unde Apostolus Paulus, cum ardenter internam lucem queratur, sed tamen utcumque exterioris mortis damna formidaret, ait: *Quandiu 2. Cor. 5.  
sumus in hoc habitaculo, ingemiscimus gravati, eo a  
quod nolumus expoliari, sed supervestiri, ut abfor-  
C beatur quod mortale est, a vita.* Sancti igitur viri videre verum mane appetunt, &, si concedatur, etiam cum corpore illud attingere lucis intima se-cretum volunt. Sed quantalibet ardore intentionis exiliant, adhuc eos antiqua nox aggravat, & corruptibilis hujus carnis oculos, quos hostis callidus ad concupiscentiam aperuit, iustus iudex à contitu interni sui fulgoris premit. Unde & bene subditur:

*Quod quantalibet virtute sancti nunc fulgeant,  
resurrectionis tamen gloriam nondum intelligunt,  
quam expellant.*

## CAPUT XXIII.

**E**xpetet lucem, & non videat, nec ortum sur-  
gentis auroræ.] Quantalibet namque intentione adhuc peregrina mens fatigat, videre lucem aeternam sicut est, non valet: quia hanc ei damnationis sua cæcitas abscondit. Ortus vero auroræ, est internæ veritatis claritas, qua semper nobis debet esse nova. Quam nox proculdubio non videt, quia per culpam cæca nostra infirmitas ad illud lu-men quod super nos jam cives irradiat, in carne adhuc corruptibili posita non ascendit. Intus namque hæc aurora surgit, ubi Angelorum spiritibus divinitatis claritas nova semper ostenditur: & quasi semper gaudium lucis oritur, quod numquam finitur. Ortus vero auroræ, est illa nova nativitas resurrectionis, qua sancta Ecclesia etiam carnis sufficiata \*oritur ad contemplandum lumen aeternitatis. <sup>\* a. cri-</sup> Si enim ipsa carnis nostræ resurrectione quasi quedam nativitas non esset, de ea Veritas non dixisset: *In regeneracione, cum federit Filius hominis in sede d  
majestatis sua.* Ese ergo hanc ortum vidit, quam regeneracionem vocavit. Sed quantalibet virtute electi nunc fulgeant, qua erit illa novæ nativitatis gloria, penetrare nequeunt, qua tunc cum carne ad contemplandum aeternitatis lumen ascendunt. Unde & Apostolus Paulus ait: *Quod oculus non vi-  
dit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit,  
que preparavit Deus diligentibus se.* Dicat ergo: [*Expetet lucem, & non videat, nec ortum surgen-  
tis auroræ:*] quia spontaneo virtu tenebrata nostra infirmitas, nisi prius per mortem pœnæ suę debitum solvat, claritatè lucis internæ non penetrat. Sequitur:

*Quod*

*Quod justitia exigit, ut ea invitti patiamur, que ex arbitrio & sponte volentes fecimus.*

## CAPUT XXIV.

**Q**via non conclusit ostia ventris qui portavit me, nec abstulit mala ab oculis meis.] Sicut & superius dictum est, non conclusit, dicit, aperuit: & non abstulit, irrogavit. Hæc itaque nox, videbat culpa, ostia ventris aperuit: quia concepto ad peccatum homini desideria concupiscentia carnalis reservat. Ostia quippe ventris, sunt desideria concupiscentia carnalis, de quibus per Propheta. tam dicitur: *Intra in cubicula tua, & clande ostia tua.* Cubicula quippe ingredimur, cùm secreta mentis nostra intramus. Ostia autem claudimus, cùm desideria illicita coercemus. Hæc itaque concupiscentia carnalis ostia, dum consentus noster aperuit, ad innumera nos mala corruptionis perpetravit. Unde etiam nunc sub mortalitatibus pondere gemimus, quamvis ad hanc arbitrii nostrum venimus: quia & judicij sic justitia exigit, ut quod sponte fecimus, inviti toleremus. Sequitur: [ *Quare non in vulva mortuus sum? egressus ex utero non statim perii? cur exceptus genibus? cur lactatus uberibus?* ] Absit nos credere, quod beatus Job tantu spiritu scientiæ prædictus, tanta interni judicis arreptione laudatus, abortivum se optet interisse. Sed quia, sicut etiam per remunerationem cognoscitur, intus habet testem sue fortitudinis, intus pensanda sunt ejus pondera locutionis.

*Quod peccatum quatuor modis in corde, & quatuor consummatur in opere.*

## CAPUT XXV.

**Q**UATUOR quippe modis peccatum perpetratur in corde, quatuor consummatur in opere. In corde namque suggestione, delectatione, consensu, & defensionis audaciæ perpetrat. Fit enim suggestio per adversarium, delectatio per carnem, consensu per spiritum, defensionis audacia per elationem. Culpa enim, qua terrere mentem debuit, extollit, & dejicio elevat, sed gravius elevando supplantat. Unde & illam primi hominis reætitudinem antiquus hostis his quatuor iðibus fregit. Nam serpens sua sit, Eva delectata est, Adam consenserit qui etiam requisitus, confiteri culpm per audaciam noluit. Hoc vero in humano genere quotidie agitur, quod actum in primo parente nostri generis non ignoratur. Serpens sua sit, quia occultus hostis mala cordibus hominum latenter suggerit: Eva delectata est; quia carnali sensu, ad verba serpentis mox se delectatione subternit. Consensum vero Adam mulier præpositus præbuit: quia dum caro in delectationem rapitur, etiam à sua reætitudine spiritus infirmatus inclinatur. Et requisitus Adam confiteri culpm noluit: quia videlicet spiritus, quod peccando à veritate disjungitur, ed in ruinæ sua audacia nequius obdurate. Eisdem etiam quatuor modis peccatum consummatur in opere. Prius namque latens culpa agitur: postmodum vero etiam ante oculos hominum sine confusione reatus aperitur: dehinc & in confutacionem ducitur: ad extremum vero, vel falsa spe seductionibus, vel obstinatione misera desperationis enutritur. Hos itaque peccati modos, qui vel in corde latenter fiunt, vel patenter opere perpetrantur, beatus Job considerat, & humanum genus in quot peccatorum gradibus lapsum sit, deplorat, dicens: [ *Quare non in vulva mortuus sum? egressus ex utero non statim perii? cur exceptus genibus? cur lactatus uberibus?* ] Prima enim vulva conceptionis, fuit lingua malæ suggestionis. Sed peccator in vulva moreretur, si moriturum se ho-

S. Greg. Tom. I.

**A**mo in ipsa suggestione cognosceret. Qui tamen ex utero egredius est, quia postquam in peccato cum suggestens lingua concepit, foras mox etiam delectatio rapuit. Post egredionem vero exceptus est genibus: quia cùm ad delectationem carnis prodidit, nimis culpam per confensionem spiritus, subiectis cunctis sensibus, quasi suppositis genibus consummavit. Sed genibus exceptus, etiam uberribus est lactatus. In consensu enim culpæ addictis spiritus sensibus, multa cassæ fiduciæ argumenta subsecuta sunt, quæ natam in peccato animam, virulentio lacte nutrierunt, & ne aspera mortis supplicia metueret, hanc blandis excusationibus forserunt. Unde & primus homo post culpam audacior extitit, dicens: *Mulier, quam dedisti mihi Gen. 3, 6 sociam, ipsa dedit mihi de ligno, & comedì.* Qui quidem per timorem semetipsum absconsurus fugerat, sed tamen requisitus innotuit quantum etiam timens tumebat. Cùm enim ex peccato præsens pœna metuitur, & amissa Dei facies non amat: timor ex timore est, non ex humilitate. Superbit quippe, qui peccatum, si liceat non puniri, non deserit. Sed his, sicut dictum est, quatuor modis culpa, ut in corde agitur, etiam opere perpetratur. Ait enim: [ *Quare non in vulva mortuus sum?* ] Vulva quippe peccantis, est hominii culpa latens, quæ occulit peccatorem concipit, & reatum suum adhuc in tenebris abscondit, [ *Egressus ex utero non statim perii?* ] A vulva de utero exitur, cùm peccator quo in occulto commiserit, hæc etiam in aperto committere non erubescit. Quasi enim ab

**C**occultationis sua vulva processerant, de quibus Propheta dicebat: *Et peccatum suum sicut Sodoma 1sa. 3, b prædicaverunt, nec abscondentur.* [ *Quare exceptus genibus?* ] Quia nimis peccator, cùm jam de iniustitate sua non confunditur, in iniustitate etiam adminiculis pessimæ consuetudinis robatur. Quasi genibus peccator fovertur, ut crescat, dum culpa consuetudinibus firmatur ut vigeat. [ *Cur lactatus uberibus?* ] Quia dum prodire culpa in usum cœperit, nimis vel falsa spe divinæ misericordiæ, vel aperta miseria desperationis pacit, ut eò nequaquam ad correctionem redeat, quod vel factorem suum, pium sibi inordinatè simulat, vel hoc quod fecit, inordinatè formidat. Beatus igitur vir humani generis lapsus aspicit, & quibus præcipitis mersum sit in foveam iniustitiae intendit, dicens: [ *Quare non in vulva mortuus sum?* ] idest, in ipsa occulta perpetratione peccati, cur à carnis vita mortificare me nolui? [ *Egressus ex utero non statim perii?* ] id est, postquam ad apertam iniustitatem exi, cur me tunc saltē perditum non cognovi? Perifer quippe in suo iudicio, si se perditum cognovislet. [ *Quare exceptus genibus?* ] idest, etiam post apertam culpam, cur me adhuc in illa etiam consuetudo suscepit, ut valentiorem ad nequitiam rediceret, & pravis me usibus sustinens fovertur? [ *Cur lactatus uberibus?* ] id est, postquam in culpæ consuetudinem veni, cur \* me ad atrociorē nequitiam vel falsa spei fiducia, vel lacte misera desperationis enutrivi? Cùm enim culpa in usum venerit, ei jam animus etiam si appetat, debilius reficit: quia quoq' vicibus prævæ frequentationis astriguntur, quasi tot vinculis ad mentem ligatur. Unde fit, ut enervis animus, cùm solvi non valet, ad quadam se solatia falsæ consolacionis inclinet: quatenus venturum judicem, taliter sibi misericordia spondeat, ut eos etiam quos arguendos invenierit, penitus non occidat. Cui rei hoc dererius accidit, quod ei multorum similium lingua consentit, cum multi etiam male gesta laudibus exaggerant: unde fit, ut incessanter crescat culpa, favoribus nutrita. Curari autem vulnus negligitur, quod dignum præmio laudis videtur. *Prov. 1* Unde bene per Salomonem dicitur: *Fili mi, si te \**

*Lactaverint peccatores, ne acquiescas eis.* Peccatores etenim lactant, cum vel perpetranda mala blandimentis inferunt, vel perpetrata favoribus extollunt. An non lactatur, de quo per Psalmam dicitur:

*Psal. 9. ex vob. Quoniam laudatur peccator in desideriis anima sua: & qui iniqua gerit benedicitur?* Difficile enim emendatur peccatum, quod linguis pravorum nutritur. Scendum quoque est, quod tres illi modi peccantium juxta descensus sui ordinem faciliter corrigitur, quartus vero iste difficilius emendatur. Unde & Redemptor noster puellam in domo, juvenem extra portam, in sepulcro autem Lazarum suscitavit. Adhuc quippe quasi mortuus jacet in domo, qui latet in peccato. Jam quasi extra portam educitur, cuius iniurias usque ad inverecundiam publica perpetrationis aperitur. Sepulturae vero aggere premunt, qui in perpetratione nequitia etiam usum consuetudinis pressus gravatur. Sed hos ad vitam miseratus revocat, quia plerumque divina gratia, non solum in occultis, sed etiam in apertis iniuriantibus mortaos, & mole pravae confutudinis pressos, respectus sui lumine illustrat. Quartum vero mortuum Redemptor noster, nunciante discipulo, agnoscit, nec tamen suscitat: quia valde difficile est, ut is, quem post usum male consuetudinis etiam ad ultimum adulantium lingue excipiunt, a mentis sua morte revocetur. De quo & bene dicitur: *Sine moriōs sepiēre moriōs suos.* Mortui enim mortuos sepiēunt, cum peccatores peccatoēm favoribus premunt. Quid est enim aliud peccare, quam occumbere; & sepiēre, quam abscondere? Sed qui peccantem laudibus profundunt, extinēt sub verborum suorum aggere abscondunt. Erat autem & Lazarus mortuus, sed tamen non a mortuis sepultus. Fideles quippe mulieres illum obruerant, quae & ejus mortem vivificatori nunciatabant. Unde & protinus ad lucem redit, quia cum in peccato animus moritur, citius ad vitam reducitur, si super hunc sollicitate cogitationes vivunt. Aliquando autem, sicut & superiorū dictum est, falsa spes mentem non intercipit, sed hanc deterioris desperatio configit: que dum omnem spem venie funditus interimit, erroris lacte animam uberiori nutrit.

*Primi homini si non peccasset, qualis fuisset conditio.*

#### CAPUT XXVI.

**O**N S I D E R E T igitur sanctus vir, post primam culpam quanta deterius homo mala commisit, postquam paradisum perdidit, usque ad quanta hujus exilij praeerupta descendit, & dicat: [ *Quare non in vulva mortuus sum?* ] idest, cum serpentis suggestio peccatorem me conciperet, tunc utinam quae me mors sequeretur, agnoscēm, ne usque ad delectationē suggestio raperet, & morti arctiūs ligaret. [ *Egressus ex utero non statim perī?* ] Ac si dicat: Utinam ad exteriorem delectationem exiens, quod interior lumine privabat, agnoscēm: & faltem in ipsa delectatione occumberem, ne per consensum mors acrius puniret. [ *Cur exceptus genibus?* ] Ac si dicat: Utinam minime me consensu subjectis pravitate sensibus exceperet, ne ipsa me consenserit ad audaciam deterius raperet. [ *Cur lactatus uberibus?* ] Ac si dicat: Utinam blandiri saltē mihi post mala perpetrata noluissim, ne tantū me culpa nequius astringeret, quantū me in illa mollius foveret. His itaque reprehensionum suarum vocibus in parente primo se peccasse redarguit. Sed si ad ærnam hujus exilij nequaquam homo peccando descendenter, dicat qua perfrui quiete potuisset. Sequitur: [ *Nunc enim dormiens filerem, & somno meo requiescerem.* ] Ad hoc quippe in paradiſo homo positus fuerat, ut si se ad conditoris sui obedientiam vinculis charitatis astringeret, ad cælestem Ange-

lorum patriam quandoque sine carnis morte transiret. Sic namque est immortalis conditus, ut tamen si peccaret, & mori posset: & sic mortalis est conditus, ut si non peccaret, etiam non mori posset: atque ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret, in qua vel peccare, vel mori non posset. Ubi igitur post redemptoris tempus, carnis morte interposita, electi transeunt, illuc proculduo parentes primi, si in conditionis sua statu persistissent, etiam sine morte corporum transferri potuerint. Dormiens igitur fileret, & somno suo homo requiesceret, dum ad aeternā patria requiem ductus, quasi secessum quemdam a clamore hoc humanæ infirmitatis inveniret. Post peccatum namque quasi clamans vigilat, qui contentionem carnis propriæ repugnans portat. Hoc quietis silentium homo conditus habuit, cum contra hostem suum liberum voluntatis arbitrium accepit. Cui quia sua sponte succubuit, mox de se, quod contra se presteret, invenit, mox in certamine infirmitatis tumultus reperit: & quamvis in pacis silentio ab auctore fuerat conditus, hosti tamen sponte substratus, clamores de pugna toleravit. Ipsa enim carnis fugitio, quasi quidam clamor est contra quietem mentis, quam ante transgressionem homo non sensit, quia nimis quod de infirmitate posset tollerare, non habuit. Postquam vero se sponte hosti subdidit, astrictus culpæ sua vinculis, in quibusdam ei etiam nolens servit, & clamores in mente patitur, cum caro spiritui reluctatur. An non clamores intrinsecus audiebat, qui pravae contra se legis verba tolerabat, dicens: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee,* & captivum me discentem in legem peccati, que est in membris meis? Contempletur ergo vir sanctus in quanta cordis pace quiesceret, si serpentis verba suscipere homo noluisset, & dicat: [ *Nunc enim dormiens filerem, & somno meo requiescerem,* ] id est, intra mentis secretum ad conditoris contemplationem secederem, nisi me extra me temptationum tumultibus consensu primas culpe prodiissem. Hujus autem quietis gaudiis cum quibus etiam sociis perfrueretur, adjungit, dicens:

*Quod per reges & consules, sanctos velit Angelos intelligi, cum quibus homo convenisset ab initio, nisi ipse onus peccati voluntarie sumpssisset.*

#### CAPUT XXVII.

**C**Vm regibus & consulibus terre. ] Ex rebus insensibilibus discimus, quid de sensibilibus atque intelligibilibus sentiamus. Terra namque aëre fecundatur, aër autem ex cali qualitate disponitur. Sic jumentis homines, hominibus Angeli, Archangeli vero Angeli præsent. Nam quod jumentis homines præsent, & usu cernimus, & verbis Psalmistæ docemur, qui ait: *Omnia subiecti sub pedibus ejus,* psal. 8. b oves & boves universas, in super & pecora campi. Quia vero hominibus Angeli præsent, per Prophetam testatur Angelus, dicens: *Princeps regni Persarum restitit mihi.* Quod vero Angeli à superiorum Angelorum potestatibus dispensentur, Zacharias Zacharias propheta perhibet, qui ait: *Ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum ejus,* & dixit ad eum: *Curre, & loquere ad puerum iustum,* dicens: *Absque mundo habitabitur Hierusalem.* Si enim in ipsiis officiis sanctorum spirituum nequaquam potestates summae minimas disponerent: nullo modo hoc, quod homini diceret Angelus, ab Angelo cognovisset. Quia igitur cunctorum conditor, omnia per semetipsum tenet, & tamen ad distinguendum pulchritudine veritatis ordinem, alia aliis dispensantibus regit, non immerito reges, Angelorum spiritus accipimus, qui quod auctori omnium familiarius

*Idem  
inf. 33.  
¶ lib.  
11. Mor.  
c. 18. ¶  
lib. 14.  
c. 25.  
32.*

serviunt, & subiecta potius regunt. Cum regibus ergo dormiret: quia nimurum iam cum Angelis homo quiesceret, si persuasoris linguam sequi noluisset. Qui bene etiam consules vocantur, quia spiritali reipublicae consilunt, dum nos sibi ad regnum socios jungunt. Bene consules vocantur: quia dum ipsis nunciantibus voluntatem conditoris agnoscimus, in eis proculdubio consultum ab hac angustia nostra tribulationis invenimus. Sed quia beatus Job sancto aternitatis spiritu impletus, & fuisse, vel futurum esse aternitas non habet, cui nimurum, nec præterita transeunt, nec que futura sunt, veniunt: quia cuncta per præfens videt: potest futuros prædicatores Ecclesie in praesentia spiritus contemplari, qui postquam de corporibus transeunt, nequaquam per morarum spatio, sicut antiqui patres, a caelestis patriæ perceptione differuntur. Mox quippe ut a carnis colligatione exuent, in cælesti fede requiescent, Paulo attestante, qui ait:

*2. Cor. 5. Scimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitacionis dissolvatur, quod adificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, aeternam in celis. Prius autem quam Redemptor noster morte sua humani generis pœnam solveret, eos etiam qui caelestis patriæ vias lecti sunt, post egressum carnis inferni claustra tenuerunt: non ut pœna quasi peccatores plecteret, sed ut eos in locis remotioribus quiescentes, quia neccidum intercessio mediatores ad veneraret, ab ingressu regni, reatus prima culpa prohiberet. Unde iuxta ejusdem Redemp-*

*Luc. 16. d toris nostri testimoniū, dives qui apud inferos torquetur, in sinu Abrahæ requiescere Lazarum contemplatur. Qui profectō si adhuc in imis non essent, hos ille in tormentis positus non videret. Unde & idem Redemptor noster pro nostra culpe debito occumbens, inferna penetrat, ut suos qui ei inhaerant, ad cælestia reducat. Sed quod nunc homo redemptus ascendit, illuc profectō si peccare noluisset, etiam sine redemptione pertingeret. Considereret ergo vir sanctus, quia si non peccasset, illuc etiam non redemptus ascenderet, ad quod predicatores sanctos post redemptions necessitatem cum magno labore venirent. Et cum quibus jam nunc quiesceret, insinuat, dicens: [ Cum regibus & consulis terra.] Reges quippe sunt sancti predicatores Ecclesie, qui & commissos sibi recte disponere, & sua bene regere corpora sciunt: quia dum desideriorum motus in se temperant, super subiectis cogitationibus lege virtutis regnant. Qui bene etiam terræ consules vocantur. Reges enim sunt, quia sibi meti ipsi præsident: terra autem consules, quia extintis peccatoribus vita præbent consultum. Reges sunt, quia semetipsos regere sciunt: terra autem sunt consules, quia terrenas mentes per exhortationis suæ consilium ad cælestia pertrahunt. An terra consul non erat, qui dicebat:*

*2. Cor. 5. a De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do? Et iterum: Beator erit, si sic permanenter, secundum consilium meum. Bene autem subditur:*

*Quod servi tranquillas animas habent, sicut vero mundi hujus densis cogitationum tumultibus in corde vexenur.*

#### CAPUT XXVIII.

*Q*ui vel illicita appetunt, vel in hoc mundo videri aliquid volunt, densis cogitationum tumultibus in corde comprimuntur. Dumque desideriorum turbas intra se excitant, prostratam mentem pede misera frequentationis calcant. Alius namque iuri se luxuria subdit, atque ante mentis oculos schemata turpium perpetrationum fingit: & cum effectus non tribuitur operis, hoc crebris agitur

S. Greg. Tom. I.

A intentione cogitationis. Voluptatis perfectio quaeritur, & concusus enerviter animus, hinc inde & sollicitus & cæcatus, occasionem nequissimæ expletionis rimatur. Mens itaque hec quali quemdam populum patitur, quæ insolenti cogitationum tumultu vastatur. Alius ira se dominio stravit, & quid in corde, nisi iurgia etiam, quæ defunt, peragit? Hic sepe præsentes non videt, absentibus contradicit, intra semetipsum contumelias profert & recipit, receptis autem durius responderet: & cum qui obviet, nullus adsit, magnis clamoribus rixas in corde componit. Turbam itaque hic intus sustinet, quem pondus vchemens inflammata cogitationis premit. Alius juri se avaritia tradit, & fastidiens propria, aliena concupiscit. Hic plerumque concupita adipisci non valens, diem quidem in otium, noctem verò in cogitationem versat: torpet ab utili opere, quia fatigatur illicita cogitatione: confilia multiplicat, & sinum mentis cogitationum inventionibus latius expandit: pernire ad concupita satagit, atque ad obtinenda hec quoddam secretissimos caufarum meatus querit. Qui mox ut in causa aliquid subtile invenisse se aestimat, jam se obtinuisse quod concupierat, exultat: jam quid etiam adeptæ rei adjungat, excogitat, atque ut in meliori statu debeat excoli, pertrahat. Quam quia jam quasi possidet, & quasi ad meliorem speciem adducit; mox infidias invidentium considerat, & quid contra se iurgij moveatur, pensat, & exquirit quid respondeat: & cum rem nullam teneat, jam in defensione rei quam appetit, vacuus litigator elaborat. Quamvis ergo de concupita re nihil cœperit; habet tamen in corde jam fructum concupiscentiae, laborem rixæ. Gravi itaque populo premitur, qui instigantis avaritiae tumultu vastatur. Alius se tyrrannidi superbie subicit, & cor misérum, dum contra homines erigit, vicio substernit. Honorum sublimium infusas appetit, exaltari successibus exquirit, totumque quod esse desiderat, sibi apud semetipsum in cogitationibus depingit: jam quasi tribunal presidet, jam sibi parere obsequia subiectorum videret, jam ceteris eminet, jam aliis mala irrogat, aliis quæ irrogaverint, recompensat. Jam apud semetipsum stipatus cuneis ad publicum procedit: jam quibus obsecquis fulciatur, conspicit, qui tamen hac cogitans folus repetit: jam alia conculcat, alia sublevat: jam de conculatis satisfacit odiis, jam de sublevatis recipit favores. Qui igitur tot phantasmatu cordi imprimat, quid aliud iste, quam somnium vigilans videt? Qui ergo tot rerum causas, quas fingit, tolerat, nimurum intrinsecus natas ex desideris turbas portat. Alius jam illicita refugit, sed tamen bonis mundi carere pertimescit: concessa tenere appetit, videri inter homines minor erubescit, & curat summopere ne inops sit in domo, ne despiciens in publico. Exquirit quid sibi sufficiat, quid necessitas subiectorum petat: atque ut sufficienter jura patronatus subditis expleat, patronos querit, quibus ipse famuletur: sed dum his familiariter jungitur, eorum proculdubio causis impliatur, quibus sepe consentit in illicitis, & mala quæ propter semetipsum non appetit, committit propter alia quæ non dereliquit. Nam sepe dum honorem suum in hoc mundo imminui trepidat, ea apud majores personas approbat, quæ jam per proprium judicium damnat. Is dum sollicitè cogitat, quid patronis debeat, quid subiectis, quid sibi augeat, quid affectibus proficit, quasi tantâ frequentia turbarum premitur, quanta curarum importunitate laceratur. At contra sancti viri, quia nihil hujus mundi appetunt, nullis proculdubio in corde tumultibus premuntur: omnes quippe inordinatos desideriorum motus à cubili corde, manu sanctæ considerationis ejiciunt: & quia

34.

H ij

transitoria cuncta despiciunt, ex his nascentes cogitationum insolentias non patiuntur: solam namque aeternam patriam appetunt, & quia nulla hujus mundi diligunt, magna mentis tranquillitate perfruuntur. Unde & recte dicitur: [Qui adificant sibi solitudines.] Solitudines quippe adficare, est a secreto cordis terrenorum desideriorum tumultus expellere, & una intentione aeternae patria in amorem intimam quietis anhelare. An non cunctos a se cogitatione tumultus expulerat, qui dicebat: Vnam petit a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vita mea? A frequenta quippe terrenorum desideriorum fugerat, & ad magnam videlicet solitudinem semetipsum contulerat, ubi eò tuitius nihil extraneum consiperet, quo incompetens nihil amaret. A tumultu rerum \* corporalium magnum quemdam secessum petierat quietam mentem, in qua tanto purius Deum cerneret, quantò hunc cum se foliolum inveniret. Bene autem hi, qui sibi solitudines construunt, etiam consules vocantur: quia sic in se solitudinem mentis adificant, ut tamen in quo pravent, aliis per charitatem consulere minime desistant. Hunc ergo, quem modò prætulimus consulem, paulò subtilius perpendamus, quomodo ad præbenda vita sublimioris exempla, subjectis populorum cuneis, virtutum calculos spargat. Ecce ad insinuandam retributionem boni pro malo, de semetipso facetur, dicens: Si reddidiretribueribus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Ad dilectionem conditoris excitandum insinuat, dicens: Mibi autem adherere Deo, bonum est. Ad formam sanctæ humilitatis imprimendum est. Ad formam sanctæ humilitatis imprimendum est. Secreta cordis sui indicat, dicens: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Ad imitandam zeli rectitudinem exemplo suo nos excitat, dicens: Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescerem? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Ad aeternæ nobis patriæ desiderium succendendum, vita praesentis longitudinem deplorat, dicens: Huius mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Largitatem nimirum confulatus emittit, qui exemplo conversationis propria, tot nobis virtutum calculos sparsit. Sed iste alii confulens, quomodo sibi etiam solitudinem adficet, narrat. Ait enim: Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine. Fugiens se elongat, quia à turba desideriorum temporalium in altam Dei contemplationem se buelevat. Manet vero in solitudine, qui perseverat in remota mentis intentione. De qua bene solitudine domino Hieremias ait: A facie manus tua solus sedebam, quoniam comminatione replesti me. Facies quippe manus Dei, est illa percussio iusti judicij, qua superbientem hominem a paradiiso repulit, & in has cacciae praesentis exilij inclusit. Comminatione vero ejus, est terror adhuc supplicij sequentis. Post faciem igitur manus adhuc nos minæ terrificant: quia per experimentum judicij jam nos & pena praesentis exilij perculit, & si peccare non desistimus, aeternis adhuc suppliciis addicit. Consideret ergo vir sanctus, projectus hoc, unde homo occidetur, atque hunc post ita peccantem, quo adhuc iustitia judicantis rapit: & cunctas a se desideriorum temporalium turbas ejicat, seque in magna mentis solitudine abscondat, dicens: A facie manus tua solus sedebam, quoniam comminatione replesti me. Ac si aperte dicat: Dum considero quid jam per judicij experimentum patior, à tumultu desideriorum temporalium trepidus mentis secessum peto, quia & adhuc illa acris quæ minaris, aeterna supplicia formido. Bene ergo de regibus atque consulibus dicitur: [Qui adificant sibi solitudines.] Quia hi, qui & se bene regere, & consulere alii sciunt, quoniam praes-

A tari interim illi intimæ quieti non possunt, hanc apud semetipso per studium tranquillæ mentis imitantur. Sequitur: [Cum principibus, qui possident aurum, & repleni domos suas argento.] Quos alios principes, nisi sanctæ Ecclesie rectores vocat, quos indefinenter in loco prædicatorum præcedentium divina dispensatio subrogat: De quibus eidem Ecclesia Psalmista ait: Pro patribus tuis nati sunt psalmi filij: constitutes eos principes super omnem terram. 44. Quid vero aurum, nisi sapientiam appellat: de qua per Salomonem dicitur: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Aurum nempe sapientiam vidit, quam thefaurum vocavit. Quia & recte auri appellatione signatur: quia sicut auro temporalia, ita sapientia bona aeterna mercantur. Si aurum sapientia non esset, nequaquam Laodiceæ Ecclesie ab Angelo diceretur: Suadeo tibi emere a me aurum ignitum. Aurum quippe emimus, cum accepturi sapientiam, prius obediuntiam prebemus. Ad quem videlicet contractum bene nos quidem Sapiens excitat, dicens: Concupisti sapientiam, serua mandata, & Dominus præbebit illam a tibi. Quid autem per domos, nisi conscientiam defognantur: Unde sanato cuidam dicitur: Wade in domum tuam. Ac si aperte audiat: Post exteriū miraculum ad conscientiam revertere: & qualem te intrinsecus Deo debebas exhibere, perpende. Quid etiam per argentum, nisi divina eloquia figurantur: de quibus per Psalmistam dicitur: Eloquia Domini, eloquia cœlestia argenti igne examinatum. Eloquium Domini argenti igne examinatum dicitur: quia sermo Dei si in corde figitur, tribulationibus probatur. Vir igitur sanctus spiritu aeternitatis plenus, queque ventura sunt colligat: & quos longè post futura secula gignerent, laxato mentis sinu comprehendat: & magna admiratione consideret, cum quibus electis sine labore in aeternitate quiesceret, si per appetitum superbis nemo peccasset, & dicat: [Nunc enim dormiens sacerdem, & somno meo requirecerem cum regibus & consulibus terra, qui adificant sibi solitudines: aut cum principibus, qui possident aurum, & replenti domos suas argento.] Quia enim, si parentem primum nulla peccati putredine corrumperet, nequaquam ex le filios gehennæ generaret, sed hi, qui nunc per redemtionem salvandi sunt, soli ab illo electi nascerentur: eodem electos aspirat, atque cum eis quomodo quiescere potuisse, intendat. Videat sanctos Apostolos sic suscepit Ecclesiam regere, ut ei prædicationis verbo non desinat confutum præbere, eoque reges & consules appeller. Videat post hos in eorum loco rectores exurgere, qui & sapienti vivendo aurum posseant, & aliis recta prædicando, argento sacræ locutionis enescant: eoque principes repletis conscientiarum dominibus auro & argento divites memoret. Sed quia aliquando propheticō spiritui nequaquam sufficit ut ventura prævideat, nisi cordi prophetantis etiam præterita & antiqua reprezentet, sanctus vir infra supraque oculos aperit, & non solùm ventura conspicit, sed etiam transacta ad memoriam reducit. Nam protinus adjungit:

Quod primi seculi patres abortivos dicat: quia præter paucos, quos Moyses scripsit, maxima pars nobis humani generis occultatur.

#### CAPUT XXIX.

*A* vt sicut abortivum absconditum non subsistit, vel qui concepti non viderunt lucem. Abortivum, quia ante plenum tempus oritur, extinctum protinus occultatur. Quos ergo sanctus vir alios abortivos vocat, cum quibus se quiescere potuisse considerat, nisi electos quosque, qui ab ipso mundo primordio ante redemtionis tempus exorti sunt,

& tamen huic mundo semetipso mortificare curaverunt? Qui conscriptæ legis tabulas non habentes, quasi in utero mortui sunt, quia auctorem suum naturali lege timuerunt: & cùm venturum mediatorem crederent, studuerunt summpore mortificandis voluptatibus, etiam quæ scripto non acceperant præcepta servare. Tempus itaque illud, quod juxta mundi initium mortuos huic saeculo patres

Gen. 4, b nostros protulit, quæ abortivi uterus fuit. Ibi namque Abel, qui occidenti se fratri restituisse non legitur.

Gen. 5, c Gen. 9, a Ibi Enoch, qui talem se exhibuit, ut ambula-

\* al. in turus cum Domino transferretur. Ibi Noë, qui mundo per hoc quod divino examini placuit \* immundo

Gen. 17, mundo superstes fuit. Ibi Abraham, qui dum pere-

Gen. 27, grinus est in facculo, factus est amicus Deo. Ibi

Gen. 28, Isaac, qui caligantibus carnis oculis, per atatem

quidem praesentia non vidit, sed per virtutem pro-

phetici spiritus in futuris etiam seculis magna vi-

dendi luce radiavit. Ibi Jacob, qui iram fratris

humiliter fugit, clementer edomuit: qui prole qui-

dem secundus extitit, sed tamen spiritus ubertate

fecundior, eamdem problem sub prophetia sua vin-

culis astrinxit. Bene autem abortivum hoc abfcon-

ditum dicitur: quia à mundi primordiis, dum quos-

dam paucos Moysè scribente cognoscimus, pars

nobis maxima humani generis occultatur. Nequæ

enim tot justos solammodo usque ad acceptam legē

extitisse credendum est, quot Moyſes brevissima

descripſione perstrinxit. Quia ergo à mundi primor-

dio edita multitudine bonorum, ex magna parte no-

titia nostra subrahitur: absconditum hoc aborti-

vum vocatur. Quid & non subtilissime dicitur: quia

enumeratis paucis, corum frequenter nullo apud

nos memoria scripto retinetur. Recetè vero addi-

tur: [Vel qui concepti non viderunt lucem] Hi

namque, qui post acceptam legem in hoc mundo

nati sunt, auctoritudo suo ejusdem legis sunt admoni-

tione concepti, sed tamen concepti minimè lucem

viderunt: quia ad adventum incarnationis Domini-

nae, quamvis hanc fideliter crederent, pervenire

nequivenerunt. Incarnatus quippe Dominus dixit:

Ioan. 3, 8. Ego sum lux mundi. Atque ipsa lux ait: Multi pro-

bhet & iusti desideraverunt videre que videtis, &

Mat. 13, non viderunt. Concepti igitur non viderunt lucem:

quia ad spem venturi mediatoris apertis Propheta-

rum vocibus excitati, nequam potuerunt cerne-

re ejus incarnationem. In his itaque conceptus in-

terior formam fidei edidit: sed hanc usque ad aper-

tam visionem divina præsencia non perdixit: quia

prius hos à mundo mors interveniens rapuit, quām

manifesta veritas mundum illustraret. Vir igitur

sanc̄tus spirito aeternitatis plenus, manu cordis cun-

cta labentia ad memoriam astrinxit: & quia angu-

sta est omnis creatura creatori, per eundem spiri-

\* al. in tum, qui nil \* ex se, vel juxta se aliud, nisi semper

esse habet, omne quod erit, quod præterit, confi-

cit: ac infra supraque mentis oculum tendit, &

venientia velut transacta considerans, ad aeternum

esse medullitus inardescit, dicens: [Nunc enim dor-

miens sacerdem.] Nunc quippe præsentis est tem-

oris. Et quid est stantem semper in præsenti quietem

quærere, nisi ad illud, cui nihil venit, nihil præte-

rit, gaudium aeternitatis anhelare? Quod nimurum

Veritas semper esse suum, ut nobis utcumque in-

funderet, Moyſe mediante insinuat, dicens: Ego

Exod. 3, 14. sum, qui sum. Et dices filii Israël: Qui es, misit me

ad vos. Sed ecce, quia labentia conspicit, quia sem-

per præfens gaudium querit, quia venture lucis

memorat, quia electorum ejus ordines enumerans

penat: ipsam jam nobis apertiū quietem hujus

lucis insinuat, & quia apud illam quotidie de pra-

\* al. con- vorum \* conversatione agitur, verbis manifestiori-

versione bus demonstret. Sequitur:

A Quæd in luce, quæ Deus est, nec est tumultus concipi-  
scentiarum, nec labor peccati, sed munditia  
menis, & pacifica quies.

### CAPUT XXX.

B *Ibi impij cessaverunt à tumultu, & ibi requieverunt* 39.

*Ibi impij robore.* ] Paulò autem jam diximus, quia corda peccantium per hoc, quod strepitus desideriorum possidet, gravis cogitationum instigantium tumultus premit. Sed in hac luce, quam concepti minime viderunt, à tumultu suo impij cessare perhibentur: quia nimurum mediatoris adventum, quem patres in lege positi diu præstolati sunt, ad vitæ suæ requiem populi Gentiles invenerunt, Paulo attestante, qui ait: *Quod querebat Israël, hoc non est conservatus, eleælio autem consecuta est.* In hac itaque luce impij à tumultu cessant, dum perversorum mentes veritate cognita, laboriosa mundi desideria fugiunt, & tranquillitatí intimi amoris acquiescent. An non ad cessationem vocat lux ipsa, quæ ait: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati* Mar. 11.

*ēsis, & ego reficiam vos: tolite jugum meum super d-*

*vos, & discite a me, qui amissis sum, & humilis corde;*

*& inventemis requiem animabus vestris: jugum enim*

*meum suave est, & onus meum leve?* Quid enim grave

mentis nostræ cervicibus imponit, qui vitari omne

desiderium quod perturbat, præcipit? Quid grave

subiectis jubet, qui declinare laboriosa mundi hu-

jus itinera admonet? Attestante autem Paulo Apo-

stolo, *Christus pro impiis mortuus est.* Sed idcirco Rom. 5, 8.

dignata est pro impiis ipsalux occumbere, ne impij

in tenebrarum suarum tumultu remanerent. Con-

templetur ergo via sanctus, quod lux per incarna-

tionis sua mysterium ex gravi labore impios eripit,

dum ab eorum cordibus desideria præstatit ter-

git: contempletur, quod conversi quique quietem,

quam percipere in aeternitate desiderant, hic jam

per tranquillitatē mentis degustant, & dicat: *[Ibi*

*impij cessaverunt à tumultu, & ibi requieverunt* fessi

*robore.*] Omnes enim qui in hoc mundo fortes sunt

robore, quasi fortes sunt, non robore defessi. Qui

verò in auctoritati sui amore roborantr, quod magis

in concupiscentia fortitudine convalescant, cō à

propria virtute deficiunt: & quod robustius aeterna

appetunt, cō à temporalibus salubri defectione la-

santur. Hinc Psalmista amoris sui robore fessus di-

cebat: *Defecit in falutare tuum anima mea.* In falu-

*ture enim Dei proficiendo defecerat, quia aeternita-*

*tis lucem desiderans, à carnis jam fiducia fractus*

*anhelabat. Hinc rursum dicit: Concupivit, & de-*

*fecit anima mea in aria Domini. Qui nimurum cū*

*diceret, Concupivit: recte subdidit, Et defecit.*

*Quia valde minor est divinitatis concupiscentia,*

*quam non mox etiam proprius sequitur defectus.*

*Qui enim ad appetenda aeternitatis atria accendi-*

*tur, dignum profectō est, ut ab hoc temporalitatis*

*amore lassetur: ut tantò frigescat ab studio facili,*

*quando surgit ardor in amorem Dei. Quem sci-*

*licet si perfectè arripit, mundum etiam plenè derel-*

*linquit: & cō funditus temporalibus moritur, quod*

*ad supernam vitam altius afflatu aeternitatis anima-*

*tur. An non robore suis fessam se invenerat, quæ*

*dicebat: Animam a liquefacta est, ut dilectus locu-*

*sus est? Quia nimurum mens dum occulta locutio-*

*nis aspiratione tangitur, à statu sua fortitudinis*

*infirmata, ipso quo absorberat desiderio liquatur:*

*& inde se apud semetipam fessam invenit, unde*

*ultra se esse conspicit fortitudinem, quam consen-*

*dit. Hinc Propheta cū visionem Dei se conspe-*

*xisse diceret, adjungit: Elangus & agrotavi per*

*Dan. 8, 4.*

*dies plurimos; quia cū ad virtutem Dei mens a-*

*stringitur, à fortitudine propria caro lassatur. Hinc*

*Jacob, qui Angelum tenuit, uno mox pede claudi-*

*cavit: quia qui vero amore sublimia respicit, jam*

in hoc mundo duplicitibus incidere desideris ne-  
scit. Uno enim pede innitur, qui solo Dei amore  
roboratur: & necesse est ut alius marcescat, quia  
mentis virtute crescente, oportet proculdubio, ut  
carnis fortitudo \* languefacat. Beatus igitur Job  
alta fidelium corda respiciat, atque perpendat quem  
sinum intimae quietis inveniunt, dum à viribus  
propriis in Deum proficiendo lassantur, & dicat:  
[Ibi requieverunt fessi robore.] Ac si aperte infinuet,  
dicens: Illuc requies lucis remunerat quos h̄ic in-  
teriorū recreans profectus fatigat. Nec movere de-  
bet, quod lucem nominans, nequaquam subdit, In  
hac sed, Ibi. Quam enim continere electos conspi-  
cit, quasi locum nostrum hanc esse deprehendit.  
Unde P̄f̄lm̄sta cùm incommutabilitatem aterni-  
tatis aspiceret, dicens: Tu autem idem ipse es, &  
anni tua non deficient: hunc electorum locum esse  
denunciat, subdens: Filii servorum tuorum inha-  
bitabunt ibi. Deus enim, qui sine situ omnia con-  
tinet, nobis ad se venientibus locus non localis ma-  
nent. Quem locum dum pertingimus, etiam ipsa in  
hac vita mentis nostræ tranquillitas, quanta fuerit  
perturbatio videmus: quia etsi jam justi in prav-  
orum comparatione quieti sunt, in estimatione tamen  
quietis intimae omnimodo quieti non sunt.  
Unde & bene subditur: [Et quondam vincit pariter  
sine molestia.] Justos enim quamvis nullus deside-  
riorum carnalium tumultus possideat, duris tamen  
vinculis eos in hac vita positos suis molestia cor-  
ruptionis ligat. Scriptum quippe est: Corpus quod  
corrumpti, aggravat animam: & deprimit terrena  
inhabitatio sensum multa cogitantem. Eo itaque ipso  
quod adhuc mortales sunt, corruptionis sua ponde-  
re gravantur, & astricti molestia vincit sunt: quia  
in illa adhuc libertate vitæ incorruptibilis non  
exurgunt. Aliud namque de mente, aliud de cor-  
pore tolerant: & contra semetipsos quotidie inter-  
no certamine defendant. An non duro molestia  
vinculo ligantur, quorum nimirum mens sine labore  
in ignorantia solvit, & non nisi cum studio la-  
boris eruditur: Quæ coacta erigitur, libens jacet,  
ab infinitis vix levatur: & tamen elevata protinus  
labitur, semetipsam laboriosam vincendo, superna  
conspicit: sed reverberata, lumen, quod in se radia-  
verat, refugit. An non duro molestia vinculo li-  
gantur, quos cùm accensus spiritus ad sinum pacis  
intimæ pleno desiderio pertrahat, fervente certami-  
ne caro perturbat? Quia etsi jam ante faciem ve-  
lut ex adverso acie crecta non obviat; adhuc tam-  
en à mentis dorso quasi captiva submurmurat:  
& quamvis timendo, sed tamen turpi strepitu in  
corde speciem pulchra quietis feedat. Electi igitur  
et si valenter omnia superant, cùm securitatem pa-  
cis interna desiderant; gravis eis est molestia, ad-  
huc habere quod vincant. Quibus exceptis, etiam  
ea vincula fstant, quæ gravis exterius necessitas  
astringit. Esurire quippe, stire, laffescere, vincula  
corruptionis sunt: quæ scilicet solvi nequeunt, nisi  
cùm in illam immortalitatem gloriam nostra mor-  
talitas permutatur. Replemus etenim refectio-  
bus corpus, ne extenuatum deficiat: extenuamus  
abstinentiam, ne nos repletum premat. Vegetamus  
hoc motibus, ne situ immobilitatis intereat: sed  
cūtis hoc collocando sūtimus, ne ipsa sua vegeta-  
tione succumbat. Adjumentis hoc vestimentum tegi-  
mus, ne frigus interimat: & quæsita adjumenta  
projicimus, ne calor exurat. Tot igitur diversitatibus  
occidentes, quid agimus, nisi corruptibili-  
tati servimus: ut saltē multiplicitas impensi ob-  
sequii corpus sustineat, quod anxietas infirma mutu-  
abilitatis gravat? Unde bene per Paulum dicitur:  
Vanitati enim subiecta est creatura non volens, sed  
proper eum qui subiecti eam in spe: quia & ipsa  
creatural liberabitur a servitute corruptionis, in liber-  
tatem gloriam filiorum Dei. Vanitati quippe creatura

<sup>ad tor-</sup>  
<sup>pescat.</sup>

<sup>ps. 101. d</sup>

<sup>sap. 9. c</sup>

<sup>41.</sup>

<sup>Rom. 8. c</sup>

A non volens subditur: quia homo, qui ingenitæ con-  
stantia statum volens deseruit, preclus justa mortali-  
tatis pondere, nolens mutabilitatis sua corruptio-  
ni servit. Sed creatura hæc tunc a servitute corruptio-  
nis eripitur, cùm ad filiorum Dei gloriam in-  
corrupta resurgendo sublevatur. Hic itaque electi  
molestia vincit sunt: quia adhuc corruptionis sua  
pœnā deprimitur. Sed cùm corruptibili carne  
exuimur, quasi ab his, quibus nunc astringimur,  
molestia vinculis relaxamur. Praesentari namque  
jam Deo cupimus, sed adhuc mortalis corporis ob-  
ligatione præpedimur. Jure ergo vincit dicimus:  
quia adhuc incestum nostri desiderij ad Deum libe-  
rum non habemus. Unde bene Paulus æterna de-  
siderans, sed tamen adhuc corruptionis sua sarcina-  
portans, vincit clamat: Cupio dissolvi, & esse Phil. 1. 6  
cum Christo. Dissolvi enim non quereret, nisi se  
proculdubio vincitum videret. Haec autem vincula,  
quia certissimè rumpenda in resurrectione con-  
spexerat, jam quasi rupta, gaudebat Propheta,  
cùm diceret: Diripiſit vincula mea, tibi sacrificabo psalm. 10.  
hostiam laudis. Contempletur itaque sanctus vir,  
quod conversos peccatores lux interna recipiat, &  
dicat: [Ibi impij cessaverunt à tumultu.] Contem-  
pletur, quod sancti viri desiderij exercitatione fa-  
tigati, altius in illo intimo sinu requiescant, & di-  
cat: [Et ibi requieverunt fessi robore.] Contem-  
pletur, quod cunctis simul corruptionis sua vinculis  
absoluti, ad illa libertatis gaudia incorrupta perve-  
niant, & dicat: [Et quondam vincit pariter sine mo-  
lestia.] Bene autem dicitur, Quondam vincit: quia  
dum illa semper praesens lætitia cernitur, omne  
quod erit & defluet, quasi præteritum jam videtur.  
Dum enim rerum finis attenditur, omne quod  
præterit, quasi jam fuisse pensatur. Sed omnes hi,  
quos illuc quies interna fulcipiet, h̄ic \* in terra  
quid egerint, narret. Sequitur :

<sup>\* al. in-  
terim</sup>  
Quod diabolus exactor intelligatur, & quod in parvis  
& magnis, servis & liberis secundum distinctionem  
meritorum, accipienda sit in retributione sancto-  
rum, distinctione dignitatum.

#### CAPUT XXXI.

N On exaudierunt vocem exactoris. ] Quis alias  
debet nomine exactoris intelligi, nisi importu-  
nus ille persuasor, qui humano generis emel dece-  
ptionis nummum contulit, & adhuc quotidie expe-  
tere mortis debitum non desistit? Qui in paradiso  
homini peccanti pecuniam commodavit: sed ini-  
quitate crescente, hanc quotidie cum usuris exigit.  
De quo exactor in Evangelio Veritas dicit: Et ju-  
dex iradet te exactori. Hujus igitur exactoris vox, &  
est tentatio miserae suggestionis. Auditus autem  
vocem exactoris, cùm ejus tentatione pulsamur;  
sed non exaudimus, si pulsanti resistimus. Audit e-  
nam, qui tentationem sentit: exaudit vero, qui  
tentationi consentit. Dicatur itaque de iustis:  
[Non exaudierunt vocem exactoris:] quoniam  
suggestionem ejus eti⁹ audiunt, quia tentantur;  
non exaudient, quia consentire contemnunt. Sed  
quia quod valde mens amat, etiam in sermone sa-  
pius replicat: beatus Job, qui interna pacis fre-  
quentiam diligens consipit, descriptioni ejus iterum  
inscrut, dicens: [Parvus & magnus ibi sunt:  
& servus liber à domino suo.] Quia in hac vita nobis  
est discretio operum, erit in illa proculdubio discre-  
tio dignitatum: ut quo h̄ic aliud alium merito su-  
perat, illuc aliud alium retributione transcendat. Unde  
in Evangelio Veritas dicit: In domo Patris mei man-  
fiones multæ sunt. Sed in eisdem multis mansionibus  
erit aliquo modo ipsa retributionum diversitas con-  
cors: quia tanta vis amoris in illa pace nos sociat,  
ut quod in se quisque non accepit, hoc se acce-  
pisse in alio exultet. Unde & non æquæ laborantes  
<sup>10. 14. 4</sup>  
<sup>Maz. 20.</sup>

in vinea, & quæ cuncti denarium sortiantur. Et quidem apud Patrem mansiones multe sunt; & tamen eundem denarium dispare laboratores accipiunt. quia una cunctis erit beatitudo lætitiae, quamvis non una sit omnibus sublimitas vita. Parvum & magnum in hac luce conspexerat, qui ex voce capitulo dicebat: *Imperfictum meum ziderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur.* Parvum & magnum conspexerat, cum dicebat: *Benedixit omnes timentes te Dominus, pueros cum majoribus.* Bene autem subditur: [Et servus liber a domino suo.] Scriptum quippe est: *Omnis qui peccat, servus est peccati:* quia nimur quisquis le pravo desiderio subiecti, iniquitatibus dominio dudum libera mentis colla supponit. Sed huic dominio contradicimus, cum iniurit quæ nos ceperat, relucentiam: cum confusitudini violenter resistimus, & desideria perverfa calcantes contra hanc ius nobis libertatis ingenitam vindicamus: cum culpam penitendo percutimus, & maculas fodiūm fleribus lavamus. Plerumque autem jam mens quidem quod se perversè egisse meminit, deplorat: jam prædicta non solum defert, sed amarissimum etiam lamentum punit: & tamen dum eorum quæ egit, reminiscitur, graviter judicij pavore terretur. Jam se perfectè convertit, sed adhuc se perfectè in securitate non erigit: quia dum quanta sit distractio extremiti examinis pensat, inter spem formidinemque sollicita trepidat: quia iudex iustus veniens, quid de perpetratis reputet, quid relaxet, ignorat. Nam quæ prava commiserit, meminit: sed an commissæ dignè defleverit, nescit: ac ne adhuc culpæ immanitas modum penitentiam transeat, metuit. Et plerumque culpam jam veritas relaxat, sed mens afflita adhuc de venia, dum valde sibi est sollicita, \*formidat. Servus ergo hic jam fugit dominum, sed liber non est: quia peccatum suum homo jam corrigendo & penitendo deserit, sed tamen adhuc distractum judicem de ejus retributione pertimescit. Ibi ergo servus a domino liber erit, ubi jam de peccati venia dubietas non erit. Ibi jam securam mentem culpæ sua memoria non addicit, ubi non subreatus animus trepidat, sed de ejus indulgentia liber exultat. Sed si nulla ibi homo peccati sui memoria tan-

\* al. tre  
pidat

Agitur, ereptum se unde gratulatur? Aut quomodo targitori gratias refert de venia quam accepit, si interveniente obliuione transactæ nequitia, pœna se esse debitorem nescit? Neque enim negligèt p̄terendum est quod Psalmista ait: *Misericordias tuas Domine in eternum cantabo.* Quomodo enim Dei misericordias in æternum cantat, qui se fuisse misericordum ignorat? Et si miseria transactæ non meminit, unde largitori misericordia laudes reddit? Sed rursum querendum est, quomodo electorum mens perfecta esse in beatitudine poterit, si hanc inter gaudia memoria sui reatus tangit? Aut quomodo perfectæ lucis clarescunt gloria, quam reduta ad animum obumbrat culpa? Sed sciendum est, quia sicut saepe nunc tristium lati reminiscimur, ita tunc, transactæ nequitia sine lesione nostra beatitudinis recordamur. Plerumque enim incolumitatis tempore ad memoriam dolores p̄teritos sine dolore reducimus: & quod ægros nos recolimus, eò nos incubules plus amamus. Erit ergo & in illa beatitudine culpæ memoria, non que mentem polluat, sed quæ nos arctius lætitiae astringat: ut dum doloris sui animus sine dolore reminiscitur, & debitorum se medico verius intelligat, & eò magis acceptam salutem diligat, quod molestia meminit, quam evasit. In illa itaque lætitia sic tunc sine temere mala nostra conspicimus, sicut nunc in luce positi, sine ulla cordis caligine animo tenebras videmus: quia etsi obscurum est quod mente cernimus, de judicio est hoc luminis, non de passione cœcitatis. Et in æternum ergo laudes misericordia largitori nostro referimus, & nequaquam \* miseria conscientia gravamur: quia dum mala nostra sine aliquo mentis malo respicimus, & numquam erit quod corda laudantium de transactis iniquitatibus polluat, & semper erit quod haec ad laudem liberatoris accendat. Quia ergo internæ lucis requies sic in se magnos sublevat, ut tamen parvulos non derelinquant, dicatur rectè: [Parvus & magnus ibi sunt] Quia autem sic ibi conversi peccatoris animus culpæ sua memoriam tangitur, ut tamen nulla ejusdem memoria confusione deprimatur, congrue subiungitur: [Et servus liber a domino suo.]

\* al. mi.  
teria  
consciencia  
tia.

### Libri quarti Moralium finis.

## SANCTI GREGORII MORALIS EXPOSITIONIS, IN BEATVM JOB LIBER QVINTVS.

*Quid sit, quid in hac vita nonnunquam bonis  
male sit, & malis bene.*

### CAPUT PRIMUM.

**G**UM valde occulta sint iudicia divina, cur in hac vita nonnunquam bonis sit male, & malis bene: tunc occultiora sunt, cum & bonis hic bene sit, & malis male. Nam cum bonis hic male sit, & malis bene, hoc fortasse deprehenditur: quia & boni, si qua deliquerunt, hic recipiunt, ut ab æternis plenius damnatione liberentur: & malis bona, quæ pro hac vita faciunt, hic inveniunt, ut ad sola in posterum

tormenta pertrahantur. Unde & ardenti inferno diviti dicitur: *Memento filii, quia recepsi bona in vita tua, & Lazarus similiter mala.* At cum bonis hic bene est, & malis male, incertum valde est, utrum boni idcirco bona accipiant, ut provocati ad aliquid melius crescant; an iusto latente iudicio hic suorum operum remuneracionem percipient, ut à præmiis vita fequentis inaneantur: & utrum malos idcirco adversa feriant, ut ab æternis suppliciis corrigo defendant; an hic eorum pena incipiat, ut quandoque complenda eos ad ultima gehennæ tormenta perducat. Quia ergo inter divina iudicia gravi incertitudinis sua caligine humana mens